

FOAMING
 VIANIROM
 TAMI
 ADACTIVMSI
 NCTVAM
 DELIBERALL
 TATELL
 BERIN
 CIFI
 D
 M.CCC.LXXXVIII.

Ine
322

IOANNIS. IO
VIANI. PON
TANI
AD. ACTIVM. SI
NCERV M.
DE. LIBERALI
TATE. LI
BER. IN
CIPI
T.
M. CCC. LXXXVIII.

PROLOGVS.

Scribentem me de liberalitate Sincere
 Acti/ noua quedam / sed nec indigna
 fortasse / liberalitatis ipsius beneficen
 tieq; subiit consideratio : ut in primo uirtutum
 harum loco / & quodam quasi suggestu / bona
 rum artium magistros merito constituendos
 censeam / propter beneficiorum tum magnitu
 dinem tum etiam utilitatem . E qua enim uel
 opera uel pecunia maiora / q̄ ex optima animo
 rum informatione : aut etiam utiliora / q̄ ex illis
 recte institutis proueniunt beneficia ? Aut
 quod externis e rebus collatum bonum cū bo
 nis animi conferendū ? Neq; enim spectati mo
 res / laudabiles item actiones / nisi a bene consti
 tutis proficiscuntur animis . Tot itaq; ac tante
 informantium curę atq; ad excolendos animos
 instituentiū labores / suis imprimis honoribus
 ac premiis uidentur merito prosequendi . Detur
 igitur mihi bona cum legentiū uenia . pro susce
 pto preceptionis huius labore . Ut cum de in
 stituentiū laudibus hæc & sentiam & predicem .
 Ne existimer meam in laudem studiorūq; com

a ii

mendationem tanq̄ præfatum fuisse / apud te præsertim / uel amicum præcipuum / uel studiorū eorundem tum sectatorem tum socium. Cū etiam patrem tuum Nicolaum nazarium mirifice ama uerim. Massiliam uero matrem propter morum sanctitatem / educationisq; tuę singulare / supraq; maternam affectionem studiū fuerim etiam ueneratus / uenererq; memoriam. Sed de præfatione hac mea / deq; uite institutoribus uirtutumq; ac disciplinarum magistris satis sit. Pauca hæc differuisse / presertim sine spe / sine precio / absq; ambitione scribentem. Omnino enim meus hic præcipiendi labor & fuit semper & futurus est etiam apud reges gratuitus. Neque enim ignoras perinde ut consiliorum non raro meorum socius : sepe etiam laborum particeps / e maximis ac difficilimis non semel a me confectis ac nauatis rebus / præter laudem recteq; agendi cōscientiam / nihil me aliud reportasse : sola conscientia teq; ipso teste / gloriaq; contentum. Quibus in rebus quanta non industria modo / uerum moderatio etiam apparuerit mea / sit italię ipsius / sit galliarum ispanięq; iudicium atque perpensio. Te uero mi Sincere / hæc ipsa de libe

ralitate a me præcepta & tradita / ratione sua me
 nientem satis scio propter generis ingeniiq; tui
 nobilitatem non nisi indignanter laturum / ubi
 in mentem tuã uenerit / regulos quosdã / rerũq;
 publicarum administratores: tantum a uia curri
 culoq; liberalitatis deflexisse: ut rapine soli in
 tendant / inhientq; popularium suorum diuitiis
 direptionibusq; ministrorum. Que quidem res
 nequaq; tamen a scribendo me deterruit. Siqui
 dem leges ipse recteq; uiuendi formule non iis
 traduntur qui ipsi & sibi & aliis lex sunt / uerum
 illis potius qui ab iniusto inhonestoq; sunt con
 tinendi / atque ad honestatem inuitandi retinen
 damq; inter ciues equitatem atq; modestiam.
 Tametsi (quos æquus etiã amauit Iupiter ?
 quosq; mantuanus ille tuus / non minus quã me
 us paucos esse uult / ii & legibus / & institutis &
 bonarum actionum preceptionibus gaudent:
 seseq; adiungere illis student.

1848

1849

1850

1851

1852

1853

1854

1855

1856

1857

1858

1859

1860

1861

1862

1863

1864

1865

1866

1867

1868

1869

1870

1871

1872

1873

1874

1875

1876

1877

1878

1879

1880

1881

1882

1883

1884

1885

1886

1887

1888

1889

1890

1891

1892

1893

1894

1895

1896

1897

1898

1899

1900

R

Rerum egestatem & ipsam huma-
 ni generis societatem : cuius reti-
 nende plura sunt uincula / homo
 ipse plurimum / & dando sulleuat
 & inuicem liberaliter agendo con-
 seruat. Quod si mercatura quanq̄ precio serui-
 ens / quia multa tamen undiq̄ apportat . Iure a
 pleriq̄ laudatur / quanto laudabilior iudicanda
 est / dandi benignitas : cum gratuita sit / ac solā
 benefaciendi gratiam spectet. Cui q̄ libero ho-
 mine maxime digna esset / liberalitati nomē ma-
 iores nostri fecere : & qui ea uterentur liberales /
 q̄ ii potissimum libere agerent uocauere : cum
 pecunie seruire auaros putarent.

*dandi ben-
 gnitas.*

**IN. EROGANDA. PECV
 NIA. LIBERALITATEM.
 VERSARI.**

Cum autem artibus etiam singulis materia propo-
 sita sit / in qua unaqueq̄ uersetur suumq̄ artifex
 ex ea opus instituat / atq̄ institutum informet.
 uidendum est qua in re liberalitas uersetur : &
 que sit ei proposita materia : quid etiam qui eam

a iiii

p. arano
exerceat agendo consequatur. Itaque ut fortitudi
ni pericula temperantiae dolores ac uoluptates /
sic liberalitati materies quasi quaedam pecunia
subiecta est / in qua utenda erogandaque qui spon
te gratuitoque uersatur illud iure assequitur / ut li
beralis uiri nomen adipiscatur cum summo etiam
tunc ciuium tum peregrinorum testimonio: ac rei
publice in qua uersetur utilitate. Quin etiam li
beraliter agendo id efficit / ut & a singulis & ab
uniuersa multitudine mirum in modum ametur; &
publice priuatimque carus habeatur. Ne autem no
men ipsum pecuniae / quod a pecunia maiores nostri
deduxere / quem fortasse turbet: quod principi
min. a ppri
Peripateticorum Aristoteli / ac Romani Iuris con
sultis placet / pecuniae ipsius uoce accipienda cum
cetera dicimus: que numo censeantur.

LIBERALITATEM. VIRTUTEM ESSE

Ipsam uero liberalitatem inter uirtutes collocandam
esse / docere hoc satis potest / quod cum pecuniis / &
bene & male uti possimus / laudantur iis qui be
ne utuntur: improbantur qui male: cumque in pre
cio sint honesta uituperentur turpia / honesti ip

sius ea uis ac natura est : ut seiungit a uirtute ne
 queat : Ad hæc cum in agendis rebus pecari so
 leat ubi modus mensuraq; minime adhibeatur
 idq; in usu etiam pecuniarū eueniat / medium ne
 cesse est aliquod in iis utendis conferendisq; cō
 stitutum sit / quod qui teneat modū quoq; men
 suramq; retineat / iis enim abiectis recte quidem
 rationi que uirtutum ipsarum & dux & comes
 est / locus nullus relictus esse potest . Quibus e
 rebus plane efficitur / ut liberalitas uirtus sit : tū
 quia mediocritas est / tum quia ab honesti ui /
 turaq; minime recedit : nam mediocritatem eam
 esse extrema etiam ipsa declarant : siquidem libe
 ralis ipse : cuius proprie liberalitas est / dandis
 utendisq; pecuniis ita est affectus / ut quod inter
 parum nimiumq; collocatur medium / semper re
 tineat : neq; enī aut in exuperantiam dando pro
 labitur : aut in angustū deficiendo contrahitur .
 Quod si extrema sunt uicia / medius profecto
 habitus mediocritas : & quia mediocritas / ut uir
 tus etiam sit necesse est .

Modus b m
 Surra 1

**LIBERALEM. IN. MEDIOCRI
 TATE. VERSARI.**

roma /
avarus
o dignus
Quoniam autē duobus tantū modis a mediocrite
te receditur: extremaq; ipsa sibi aduersa sunt alte
ro quidē modo peccatur / parū omnino dando
nimiūq; contrahendo / quo uicio qui sit affectus
auarus dicit: altero uero nimiū dādo / parū certe
capiēdo: quod pdigi esse propriū uolūt. Quo ef
ficiť ut cū liberalis in mediocritate uersetur / mo
dū mensurāq; in utroq; retineat: contra auarus:
quiq; ab eo longe alius est pdigus in neutro si
bi temperet. Atq; uti fortitudo fidutiā cohibet /
metū relaxat: tēperantia dolores sedat / uolupta
tes cōpescit / sic liberalitas dandi studiū / contra
hendiq; cupiditatem moderatur.

PECUNIAM. ESSE. DE. GENERE.
BONORVM. UTILIUM.

Pecuniam uero ipsam inter externa bona numera
ri cum uideam: quorum alia quidem honesta di
cantur / ut magistratus honores / sacerdotia: alia
uero utilia / ut fundi gregesq; e posteriori hoc ge
nere pecuniam esse uolumus: quippe cū ad usum
& quidē rectū honestumq; comparari debeat:
qui cōparandis diuitiis statutus est finis: qbus
tamē quosdā tam anxie inhiantes uideo / ut sola

diuitiarū possessione cōtenti / qbus aut defossis
aut in arca sepositis incubant / aut ampliādis ita
student / ut nulli parcāt turpitudini / nō tā illibe
rales auariq; / q̄ iniurii nefariiq; uideri debeant.
Nā etsi ubi qd impotēter i probeq; factū ē / quin
etiā ubi qd impure dicit / ut illiberaliter dictū fa
ctūq; criminamur / adeo illiberalitas odio ē / tamē
q̄ hi aliena eripiāt / duplici apparēt ratioē iniusti
nā & iniuria afficiūt / quos minime decet / dū sua
illis aut insolēter auferūt / aut dolo subtrahūt &
p̄perā parto sic parcunt / ut nec sibiip̄s cōmodi
sint / nec qbus maxie p̄desse debeāt / illud cōmu
nicēt: nec publice p̄uatimue bñficiū ullū cōferāt.

*In amphand
diuitijs*

**PECVNIAM. VSVS. GRATIA.
COMPARARI.**

Rectam autem honestamq; diuitiarū / tū possessio
nem tum usum / res maxime faciūt due: erogan
dī ratio: & comparandi regula / quas qui teneant
facile illi quidem alienis abstineant: neq; profun
dent sua. Quod si Aristoteli philosophie magi
stro assentiri uolumus usus ipse pecuniarum /
in iis ipsis dandis atq; accipiendis perspicitur.

*Ratio erogan
Regula compar
usus pecunia
sm Aristotle*

atque
siquidem acquirendi cura / ratioq; conseruandi /
eo spectat ut possideas potiusq; ut utare : quod
etiam Horatio placere intelligo : cum ait nullum
argēto colorem esse terris abdito / nisi usu illud
temperato resplendeat. Quoniam autem nomē
ipsum liberalitatis unde ductum sit & q̄ ea con
ferat hominū generi abunde docuimus : ostendi
musq; & q̄ uirtus est / & q̄ mediocritas quedam
in dandis capiendisque pecuniis. Ad hæc cū quid
ipso pecunie nomine intelligi oporteat : q; de
illo genere bonorum sit quæ ad uite usum perti
neant diximus. Quin etiam q; comparandis di
uitiis usus ipse finis constitutus sit / placet de aua
ritia statim dicere / ut ex oris eius fedo ac defor
mi aspectu / tanto honestior ac dignior liberali
tatis ipsius appareat forma.

DE AVARITIA. ET AVARIS.

*in mundo Aua
ritia*
Auaritia de nimio auendi affectu / cum sit dicta / sa
tis quidem præ se fert / quanto habendi ac possi
dendi ardore deflagret. Ipsum autem possiden
di studiū in quo sit uehementius is tam capien
di cupiditate atq; etiam amplius teneat oportet /

q̄ ab erogandi atq; impartendi uoluntate de
 torquet. Quo fit ut hic ipse avarus habendi | ac
 possidendi cupiditate plus nimio rapiatur | & q̄
 dici potest abhorreat a dandi benignitate | con
 ferendisq; e pecunia beneficiis. Hanc possiden
 di auiditatem si avarus nō magis a pecunia pos
 sidetur q̄ ipse pecuniam possidet | maiorem atq;
 acriorem efficere morbi solent | & corporis im
 becillitas | & ipsa imprimis senectus. Ex quo ef
 ficitur ut auaritia insanabilis morbus sit. Senes
 enim pleriq; omnes tenaces cum sint | uidetur
 cum etate simul auaritia crescere. Ad hæc etiam
 naturalis est habendi cupiditas : unde auaros
 longe plures q̄ largos inuenias. Ad hunc natu
 re instinctū anni continue ipsi auferūt aliquid |
 efficiuntq; ut sæpe numero quos adolescentes
 ac iuuenes uideris profusiores | eos ingrauescen
 te ætate astrictiores factos intelligas. Sed quis
 auari omnes maxime cupidi sint | teneanturq;
 ingenii auiditate | sintq; ad rem intentiores | ac su
 praq; oportet ac decet pecunie inuigilent | cui
 etiam seruire uideantur | sunt tamen aliquot eo
 rum species : neq; enim per auaritiam uno tan
 tū modo peccatur. Quamobrem si de singulis:

De Avaro

sunt omnes

pauca quædam dixerimus uideri non debet ab
instituto nostro alienum. Illud autem de aua
ris recte dictum constat | eos nec sibi commo
dos esse nec aliis. Quibus tamen si comparan
dis conseruandisq; pecuniis nimium inest stu
dium | dandi autem uoluntas minima | nõ eque
tamen habendam ad rem idem cõsilium est om
nibus. Sunt enim qui rebus suis parcentes sum
mo etiam studio rei familiari conseruandæ in
tenti | & q̄ potest minimũ de suo impendentes
ab alienis contineant | bonitate quadam natu
ræ ita uicti | ut re sua contenti | nihil turpe : nihil
contra leges contraq; humanitatem habēdi gra
tia faciant. Hos nominare parcos consueuimus :
Eamq; animi institutionem maiores nostri dixe
re parsimoniam : quæ in priuatis quibusdam |
tenuiq; in re constitutis | ac laborantibus multi
tudine liberorum : humanisq; necessitatibus cir
cunuentis | laudari merito potest. In regibus ue
ro ac principibus | & iis ciuibus quorum res est
opulentior : atq; auctoritas maior | quomo
do laudari possit tam minuta diligentia quæ pa
nis etiam miculas colligat | nequaquã uideo. Ser
gium Galbam qui Domitio successit Augusto

aut nec sibi n̄
q̄s comodus

rus,
simonia

ergul Galba,

Quanq̄ alieni non appetentem / iure tamen æ
 tas illa plurimū carpsit : q̄ suæ quidem pecuniæ
 parcus cum esset / publice etiam auarus foret : ne
 q̄ enim aut secula illa dignitasq; senatoria : aut
 opulentum Galbe patrimoniū eam parcendi ac
 conseruandi diligentiam : nec aurea sella tantam
 e publico auariciam patiebatur . Didii Iuliani
 maximi & potentissimi uiri sordem quis fe
 rat / qui Porcellum Leporemue dono ad se mis
 sum in triduanas partiretur cenas . Sepe etiam
 cū nulla religio : aut abstinendi causa subesset / se
 guminibus holeribusq; solis contentus cœna
 ret . Quo ut non minus sordidus sic fortasse ma
 gis accusandus pertinax Augustus qui inter Pri
 uatum & Imperatorem nihil interesse putauerit
 dimidiatas lactucas / carduos etiam dimidiatos
 apponere cōuuiuis solitus / ac si quādo ad amicos
 de cœna mitteret / binas tantum offulas : aut pau
 cula poma . Atque ubi opipere magis egisse uī
 deri uellet / gallinaceos lumbos mitteret . Quid
 enim principe indignius q̄ ut qui tam late impe
 ret / animū tam angustum etiam in uilissimis re
 bus habeat ? Nec uero quis putet accusari a no
 bis / cum alios quosdam / tum Fabritium illum

D. Iulianus

Augustus

Fabritius

¶ magna parsimonia usus dicatur: quem tantū
abest ut accusemus / ut summis etiam laudibus
prosequendum ducamus / non solum ¶ aurum
singulari quadam animi magnitudine contemp
serit: sed ¶ cum uideret maiore se rerum inopia
circumseptum / licet e principibus ciuitatis / licet
Belli Dux / maluerit tamen in paupertate illa sua
parcendo uiuere / remq; metiendo familiarem ab
honesto non recedere / q̄ per facinus aliquod abū
dare. Hocq; Fabritii factum si recte reputetur / si
tempora considerentur ad probitatem / ad iusti
tiam / ad animi magnitudinem: singularemq; in
tegritatem / non ad auaritiam referendum iudi
cabitur: quippe cum non tam parcus q̄ paru
contentus / & rerum coeterarum contemptor pre
ter q̄ laudis recteq; factorum mihi quidem fuis
se Fabritius uideatur. Quo consilio institutoq;
siquis uitam agat / ne sit qui non illum mea sen
tentia uel mirifice commendet: modo tamen ne
dum uendicare ab auaritia eum studet / & animū
suspicit pulcherrimis liberalitatis laudibus de
trahat. Et huiusmodi quidem homines probari
merito plurimum solent: at liberales hominum
beniuolentiā nec ciuiū Solum / uerū etiam pere

griuatorum longe maximam sibi uendicant: q̄
 rari: q̄ commodi/ q̄ eorum benignitas late pate
 at. Aristides ille cōgnomento iustus cum esset
 a Callia locupletissimo ciue interrogatus/ cur ab
 se nollet accipere/ respondit/ paupertate se q̄ Cal
 liam diuitiis multis laudari æquius esse: plures
 enim inueniri qui diuitias suas turpem ad usum
 conferant/ q̄ qui paupertatem generose ferrent.
 desineret igitur paupertatem obiectate sibi/ que
 nisi quibus inuitis accessisset/ indecora nō esset.
 Hoc exemplo admonemur quosdam altitudi
 ne quadam animi despectis diuitiis/ non ut par
 cos modo paruocq̄ contentos uiuere/ atq̄ a re ali
 ena propter egregiam animi institutionem con
 tinētes/ sed oblatas etiā pecunias recusare: quod
 eo est admirabilius quo rarius. Deceuit diuus
 Franciscus in summa etiam rerum inopia uiue
 re: nihil habuit præter solum & quidem sordidū
 uestitum nihil omnino possedit: nō recusabat
 tamen ab aliis si offerretur quantum diei unius
 uictui: eidemq̄ rusticano satis esset: sin minus
 offerretur/ petebat ipse: nam ut aliis conferret
 quomodo prestare id posset qui nihil omnino
 haberet. Quo circa tanta eum homines admi
 bi

*Aristides.
 Callia.*

diuus Franciscus

ratione persecuti sunt / ut post mortem inter
diuos retulerint eiq; aras ac templa statuerint
sacerdotesq; decreuerint. Parcum igitur hunt an
potius humanarum necessitatum ac naturæ ipsi
us uictorem nominabimus ? Sed redeamus ad
auaritiam.

COMPLURA. ESSE. AVARO RVM. GENERA.

Eorum de quibus dixi fere similes sunt : astricti
quidam & tenaces & aridi atq; attenuati / quos
tamen pro amplianda re familiari ne minimum
quidem ab honesto recessisse cerneret : ubiq; pro
bitatis ac iusticiæ memores / sed in utendis pecu
niis nimis effractus ac minutos / atq; etiam con
cisos / & ut ita dixerim exangues / quorum exo
leta semper uestis / mensa tenuissima & sordida :
supplex exilis eaq; carie exesa aut siquid forte in
domo splendidiusculum fuerit / ab usu ipso sepo
situm : demum domestici omnes sumptus perq;
tenues atq; emendicati : & minutissimarū rerum
importuna diligentia & cura / quos ut dixi ne
mo improbet q; alienis contineant honesti gra

tia: coeterum e dandi atq; cōferendi usu laus exi-
 stit / probatumq; illud testimonium cum ciuium
 tum peregrinorum. Et hī quidem ab inferenda
 iniuria tantum abstinēt cum liberales etiam be-
 neficia conferant. Quod quanto pulchrius sit /
 quis non uidet: ad hęc nihil dare / uithil alteri
 de suo conferre / nihil publice priuatimue imper-
 tiri / omnino abiecti ac degenerantis est animi.

Hos etiam seipsos accusantes uideas apud comi-
 cos / q; seq; geniumq; suum comparcendo de-
 fraudent. Sunt etiam qui cum nihil ipsi cuiq;
 de suo conferant / nihil ex alieno rapiant / non
 tamen contineant honesti gratia / ut hi de qui-
 bus modo dixi: quin hoc se quidem excusare so-
 lent / ne si dando rem minuant ad turpia facino-
 rosaq; impellantur. Verum illud magis timent
 ne si ab alienis non contineant / non possint tu-
 eri sua / dum alios in se prouocant / diffidunt au-
 tem ipsi sibi atque ab inferenda iniuria manum
 cohibent / ne ipsis rursus inferatur. In qui-
 bus nihil uideo quod laudari iure possit / si qui-
 dem ob metum non sponte continent. Hi ut
 dictum est partim tenaces astrictiq; / partim ari-
 di attenuatiq; cum sint ipso nomine pre se ferūt

Animus Ab

de suis fortunis aut nihil aut q̄ m̄nimum con
ferre/cum sua omnia tam arcte atq̄ astrictē tene
ant:atq̄ ex arido quidem nullus manet succus
nihilq̄ prorsus effluat: ipsiq̄ ut attenuati atq̄
abieci de m̄nima ac uilissima re/nimis anxie
solliciti sint: quorū qui clamores sunt/ubi quid
e mensa decidit | ubi quid e penu minus parce
promptum atque administratum est. Eorum q̄
ridicula uita sit | q̄ etiam misera/Euclio ille Plau
tinus docet | qui aquam plorat cum lauat effun
dere: qui unguium præsegmina a constrina do
mū referat. Audiebam puer de maioribus natu/
Martinum Pontificem maximū clanculum cere
os solitum extinguere qui in diuersis Basilice lo
cis succensi a ministris essent/nocturni luminis
gratia. Ferunt Angeloctum Sacerdotem cardi
nalem/particulam hordei singulis ab equis clā
subducere ipsis e presepibus consueſſe/ secreto
quodam aditu ad stabulum a se facto: donec a
maigstro stabuli pro fure deprehensus in tene
bris uapulauit. Idem Martinus ut oleo parce
ret instituisse fertur | ut crudi familiaribus pi
sces a dispensatore in sportula traderent | quos
antea coctos preberi mos esset: Vnde hodie

leo plautinus

martino pont.

gubor/ car. les

quoq; decantatur familiaris cuiusdam eius uerfi-
 culus. Vnusquisq; suā digitis cōtrectat arengā.
 Sequitur deterrimū avaricie genus / quod parti-
 ri plures in species / atq; ut Cicero uocat formas
 possumus : neq; enī auari omnes pari atq; eodē
 modo sed alii magis / alii minus / eius squalore
 illuue ac feditate contaminantur / atq; inquina-
 ti sunt. Quo de genere sunt lenones : aleatores :
 item qui fenerant : qui piraticam exercent : qui
 latrocinia / sicas : quiq; sordidis ac turpibus que-
 stibus dediti sunt : qui etiam lucri gratia flagiti-
 osa sectantur : seq; probris obiectant. His adden-
 di qui pro questu etiam tenui maxima quæq;
 pericula adeunt : quiq; summa cum perfidia & in-
 famia in quos benefici esse deberēt / in illos uim
 aut fraudem exercent. Quorum quidem omniū
 ea institutio est : idq; consilium / ut dū querant /
 dum in domum inferant / nihil sordidum ac
 turpe defugiant : nec pro exiguo quidem lucel-
 lo ab infamia iter detorqueant : sed cupiditate
 habendi / comparandarumq; diuitiarum ac rei
 ampliande ardore nimio incensi præcipitesq; /
 cuncta undiq; corradunt : non parcunt illiberali-
 bus : non abstinent sordidis : quippe quibus

*Lenones / Ale-
 tores.*

184
nullus amicitiae / nullus religionis / nullus ho-
nesti / nullus denique famae cultus aut respectus
est : lucro quaecumque id sit cuncta post haben-
tes . Itaque & unde / atque a quibus minime licet /
& supraque opus est / & quae decet / quaecumque ratione
capiunt . quid capiunt : tolerabilius hoc esset /
furantur / depeculantur / compilant / intercipi-
unt : auferunt / extorquent / dolo / ui / fraude /
malis artibus / omnique impuritatis ac flagitii ge-
nere . siquidem horum ipsorum sunt compila-
tiones / furta / latrocinia / uolentiae / rapinae / fal-
sae oblationes / iniqua iudicia / fraudes / fene-
rationes / mercennaria / paricidia / uenena / qui-
bus effectum est / ut auaritia & habeatur & sic
uiciorum omnium caput & fomes : quippe cum
ad omne flagitii genus uiam aperiat . *Quaestus*
autem cum alii sint turpes / ut qui e fenore
alii sordidi atque illiberales ut qui e macello cau-
ponaque / alii infames / ut qui e furtis atque graf-
sationibus quam ubi infamia / illic etiam turpi-
tudo / horum nulli ab hoc genere hominum re-
pudiantur . ac tamen alios alii quaestus libenti-
us sequuntur / tamen omnes omnia utilitate
propriisque commodis / ac lucro etiam quantulo

cunq; metiuntur . Nec uero tyrannos ac direp-
tores urbium / euerforeſq; nec templorum ſacro-
rumq; ſpoliatores inter auaros numerauerim /
quippe cum inter impotentes iniuſtos / impioſ
deorumq; contemptores numerari potius debe-
ant: quanquam de euertendis aut diripendis ur-
bibus aliud non nunq; conſilium haberi ſolet
q̄ bonorum diripiendorum / ut euertende Carta-
ginis . Annibal ob innatam crudelitatem ſum-
mamq; iniuſticiam magis q̄ per auariciam / quan-
q̄ fuit auariſſimus / multa fede immaniterq; com-
miſit cuius exemplum noſtro tempore ſecutus
uidetur Burgundiorum Dux Carolus / qui hu-
manum ſanguinem ſitire uiſus eſt . Dionyſius
ob animi impotentiam magis q̄ cupiditatem ne
a diis quidem manus continuit . Brenni factum
dii immortales maxime impium iudicauerunt . ne-
ſciam in auarorum ne numero an miſerorum po-
tius collocare debeam Plautinum illum euclio-
nem de quo dixi / cuius quanq̄ eſt ficta perſona
tamen haud multum abeſt a uera / cum ipſe haud
longe diſſimile euclionis nouerim / qui ut nomi-
netur dignus nō eſt . Angelus rous Iuris conſul-
tus Neapolitanus / nudatis uertebriſ lignea pala-
biiii

*Annibal
auariſſimus*

*Dux Carolus
Dionyſius*

Is rous

Angelus rous

grauiter se ab ancilla uerberari iussit / graui pœna
ni optemperasset ancillæ proposita / at quam ob
causam ? quia delatam ad se a cliente pecuniam /
q̄ argentea non esset : repudiauerit. pro qua mu
tanda cum a se clientem acerbius obiurgatum
dimisisset / ille indigne id ferens statim cum ad
uersario pactus liti cessit / neq̄ ad aduocatum re
diit Quid hoc homine dicas abiectius ? quem
cur avarum potius q̄ seruum nominem / causam
nullam uideo. Atq̄ hæc nunc quidem de auari
tia dicta sint. de qua postq̄ differuimus / ostendi
musq̄ auaros supraq̄ consentaneum ac decens
esset pecuniæ deditos esse / cum ea quę inuicem
sibi aduersa sunt / si iusta constituta sint manife
stiora cernantur / placet de prodigis statim dice
re / ut hinc auaritię. illinc profusionis facie inspe
cta / liberalitatis forma / tanto nobilior atq̄ ho
nestior uisentibus appareat / siquidem cognitis
extremis iisq̄ plane animaduersis mediũ ipsum
multo illustrius apparere necesse est.

**A V A R V S. N E. A N. P R O D I G V S.
M A G I S. R E C E D A T. A. M E D I O.**

Cum igitur dictum sit prodigi | qui est auaro con-
 trarius proprium esse præter modum ac sine ul-
 lo delectu pecuniis uti . parumq; omnino aut
 capere | aut querere / siquidem prodigus in uten-
 dis non comparandis exuperantior est pecuni-
 is / querendum uidetur eorum uter sit deterior /
 longiusq; a medio / hoc est ab ipsa liberalitate re-
 cedat. Quod tamen per facile iudicatu est : pro-
 digus enim multis prodest / quibus de suo con-
 fert / etiam larga manu / cum auarus ne sibi qui-
 dem ipsi sit commodus. Ad hæc prodigus li-
 benter quidem dat : quod est tum liberalis: dū
 tamen recte id fiat / tum generosi & magni ani-
 mi / qui est in auaro pusillus & sordidus . præte-
 rea cum auaritia indies crescat / prodigus ipse
 tum ætate procedente / tum q̄ necesse est / ege-
 num tandem fieri / sepe numero compositiores
 mores induit / atq; a quo recesserat medio paula-
 tim ad illud regreditur : q̄q; de profusione eius
 multum demant anni / reuocatur ad sanitatem /
 cum auaritia insanabilis morbus sit. Quibus
 e rebus satis liquet auaros non modo longe
 profusis esse deteriores uerum morbo etiam in-
 sanabili affectos / quo superari ad sanitatem idest

*Auarus detor
 prodigo /*

*Auaritia insa-
 nabilis morbus*

medium nunq̄ perueniant.

DE LIBERALITATE VIROꝝ
LIBERALI.

prodigi
Prodigere a quo uerbo prodigus ducitur : immo
deratum sane usum pecuniarum indicat. ꝓꝓ pe
cunię ipse in rebus plurimis / ac præsertim uene
ris / tum etiam in conuiujs / ac luxu prodigi sole
ant / hinc fit ut prodigi etiam dicantur qui luxu
diffuentes nimio / incontinentissimi sunt : quin
etiam ꝓ rem familiarem ac paternum censum
immoderate utendo / & ut ille inquit abligurien
do dissipant / habentur etiam flagitiosissimi /
quippe cum seipsos per luxum atq; intemperan
tiam perdant. Quid est enim aliud potando
scortando / luxuriando profluerter effuuden
do patrimonium absumere / q̄ seipsum perde
re? Qua de re nobile extat Valerii Martialis
in Cinnam quendam epigramma. Dixerat A
strologus perituum te cito Cinna : nec puto
menticus dixerat ille tibi. Nam dum tu metuis
ne quid post fata relinquis Hausisti patrias
luxuriosus opes. Bis quartum decies / non to

to tabuit anno . Dic mihi non est hoc Cinna
 perire cito ? Atqui nō est solum perire sed quod
 uel flagitiosissimum est / seipsum per luxum
 atq; incontinentiam perdere . Ad hec nihil om
 nino quærere . nihil sibi comparare / nihil in
 domum propriam inferre curamq; omnem rei
 familiaris abiicere / decipientis aut potius demen
 tis uidetur esse hominis . Iure igitur huiusmodi
 homines flagitiosissimi habentur / præsertim
 cum exhausta re familiari ad rapinas plerunq;
 conuertantur : nanq; ut habeant quod dent / ho
 nesti lineam transgressi / rapacissimiq; effecti /
 promiscue auferunt per summum etiam dede
 cus atq; infamiam . Quin ut profundendi cupi
 ditatem exatiant / si satiari posset / ita nihil om
 nino pensi habent / ut etiam in hostis hoc est
 auari castra transeant : cuius est undecunq; sine
 ulla recti atq; honesti cura / non solum capere
 uerum etiam auferre . Quamobrem cum pro
 digi etiam dicantur qui per luxum atq; incon
 tinentiam diffluunt / uidetur ut Aristoteli etiã
 placet / hoc ipsum nomen non satis proprium
 eius esse quem auaro opponimus . Sed ne pro
 fusus quidem hic proprie dicetur / quando pro

fusionis nomen latius patet quod tamen nos
haud impedit / dum res ipsa intelligatur / quo
minus nunc profusum / nunc prodigū / aut pro
fluentem dicamus: uicium autem ipsum tū pro
fusionem / tum prodigentiam / aut prodigalitatē
quando hoc etiam nomen a doctis quibusdam
receptum est uocemus. Qui si Ciceronem sequi
uolumus / ut uicium ipsum effusionem / sic uicio
hoc affectum effusum uocabimus. Huius igitur
prodigi atq; effusi quem auarum contra statui
mus / proprium est modum mensuramq; absq;
ullo delectu in utendis pecuniis trāsgredi: deq;
re querenda minime studiosum ac sollicitum esse
& hic quidem deficiendo / ut illic exuperando
uehementer peccat. Nec uero unum est prodigo
rum genus / cum alii nullo delectu adhibito / &
dent & capiant / recti honestiq; in utroq; oblitī.
Alii autem in utendis uel potius abutendis pe
cuniis nimii / cōterū qui de questu commodisq;
propriis nullam omnino curam suscipiant / do
nec exhaustis opibus egere se intelligant / quo
tempore erratum a se intelligentes / paulatimq;
ad rē querendā attentiores facti / cura diligētiaq;
adhibita in uiam redeunt. sunt qui penitentia

prodigū
profusus
fluens

v. 10

na prodigioso
genera

ducti ad avaritiam turpius dilabantur / atq; omni ratione locupletari studeant / dandi consuetudine penitus omissa / uel potius repudiata. Horum nulli certum habent nomen. indifferenter tamē tum disinctos / tum dissolutos / quin etiā superfluētes uocatos ab antiquis inuenio. Qui uero in ipso cursu ante rem exhaustam effundendi moderantur impetum / persepe ut dictum est regredi ad medium solent / dum adhibito iudicio atq; intra gyrum rationis coerciti / in eos tantū qui meriti sint liberalitatē exercent / neq; preter rectum atq; honestum commodis suis student. Inueniuntur etiā qui illin cessusione / hinc avaritia pariter laborent / nam sua de re admodum solliciti / ne minimum quid in quenq; de proprio conferunt : cœterum ad uim rapinasq; conuersi / aliis auferunt / quod aliis largiantur. Atq; hæc fere sunt prodigiorum genera. Aristoteles putat tyrannos ac reges / prodigos minime dicendos / q̄ tam multa possideāt / ut dandis atq; utendis illis uix abiicere modum ualeant. Quod quidem ut ipse putat / non est facile : satis tamen ipsi scimus Alfonso Neapolitanorum Regem licet plurimis & populis & nationibus

*distinctioni
Aristoteli
supfluent*

Aristoteles

imperaret / ac pace ocioq; per multo frueretur / fa-
ciendis tamē ingentissimis sumptibus / edendis
magnificētissimis ludis spectaculisq; / & omnis
generis rerū effusionibus eo pcessisse / ut con-
flato ingenti aere alieno cū satisfacere creditoribus
nequiret / tandē decoxerit / ac dolore iraq; permo-
tus / regii census ministros plerosq; mulcte noie:
pene bonis omnibus spoliauerit. Domitiū Ne-
ronē Augustū sūptus imoderatissimi / quo rede-
gerint / cui est ignotum. Quo circa opulētissimi
etiā reges / dum profundūt sua / dū nullam facul-
tatum rationem habent / ipsi quoq; eo deuenire
quanq; minus sepe / aliquando tamen solent : ut
exinanito aërio rei familiaris angustiis pressi /
atq; ad rapinas conuersi / ad tyrānidem dilaban-
tur : cuius rei maximū exemplum Nero de quo
paulo ante dixi / prebuit. Lucius commodus An-
tonini Augusti filius / erga alios quanq; parcissi-
mus / Luxuriæ tamen immoderatissimis sump-
tibus / seq; aëriūq; ita exhaustit / ut deficiēte pecu-
nia / quo itinerarium aë exigeret / in africā se ad
constituendam prouinciā transmisorū finxerit.
Alfonsus Rex ut magnā auri summā a sacerdo-
tibus exigeret / traiecturum se cū exercitu in Gre-

phontus de
coxn.

in tunc Nero

Comodus

hontus a
sacerdotibus

ciam aduersus Turcas solemnī uoto | facta etiā
 re diuina publice professus est. Vides quo impe
 ratoris optimi atq; opulentissimi filiū | quo Re
 gem prestantissimum effusio compulerit? Tur
 pissimū est omnino fallere. in regibus uero lon
 ge turpius | presertim questus gratia. Idem hic
 Alfonsus quanq̄ esset ut ostendi profusior | hu
 iusmodi tamē homines cisterne rimose persimi
 les dicebat quas ut nullus impleret humber | sic
 hos nulli quāuis magni prouentus rerūq; compen
 dia exatiarent. fieriq; propterea ut haud multo
 post dissipando exhausti egerent. In quibus illa
 uehementer sunt reprehendenda | q; in homines
 indignos: in ministros fedissimarū uoluptatū |
 in adultores | in mimos | in cōtaminatissimos
 quosq; sua congerāt | ab honestis ac probis uiris
 manū subtrahētes: eos autem diuitiis honestan
 tes | qui diuitiis minime digni iudicentur. Quo
 circa familiaritates flagitiosorū hominū sibi ad
 iūgunt | quibus etiā sese totos dedunt uoluptati
 bus capti atq; assentationibus deliniti. Varius
 Augustus q̄ heliogabalus dictus ē | quēq; ut om
 niū effusissimū | sic etiā inqnatissimū iure possu
 mus dicere libidinū suarū ministros in senatū

}

*comparatio**Ministri Ad
latores mim**varius Au
gustus.*

legit / sine ulla etatis ratione / qua si parum esset honores ipsos ac magistratus uendere : at quam ob causam ? ut haberet unde anserū iecineribus canes / falianis ac psitacis leones pasceret / ut in lucernis balsamum ad lumen nocturnum intingeret. Cuius fuit illa uox ipurissima / & supra quā dici potest detestabilis : nam cum e familiaribus quidam ei diceret quid malum / nonne paupertatem exhorrescis. Atqui inquit. Quid melius quā ut ipse mihi heres sim / meeque uxori ? Eiusmodi igitur homines nī in ipso cursu habenas cotineant / breui in preceps delati / multisque simul uitiis obruti / pessum eant necesse est : posse autem eos ad medium referri / illud docet / quod donis afficere : quo ipsi delectantur cum sit liberalitatis / ad hanc tenendam preter delectum mensuramque eis nihil deest. Auia nostra materna probatissima femina referre nobis pueris in admonitionibus solebat : exemplum post magnopere diuulgatū. Locupletem mulierē / unicū cum haberet filium / eumque patre orbatum : ita illum a teneris educasse annis usque ad adolescente florem ut ipsa indulgēte amplum patrimonium turpissimis artibus ante uigesimalū annum absumptū

ac dissipatum ab illo fuerit. Adolescentem cum egere cepisset, assuesse rapere / furari / iusiurandū uendere. Captum autem a pretore cum ad supplicium duceretur / impetrasse ut sibi matrem sine teste alloqui in uia liceret: quę ubi aurem filio admouisset / tum illum mordicus matris nasum apprehensum auulsiſſe dentibus / atq; in humū expuisse exclamantem. Sic hoc ciues precium maternę educationis. Discant igitur matres alię liberos suos bonis artibus educare. Nō pretor inquit sed mater me mea ducit ad suspensum. Videbimur fortasse hac in parte longiores / dum qui & quales prodigi sint / non tantū ostendere. Sed que publice priuatimq; mala ex profusionibus eueniant / exemplis quoq; ante oculos ponere uolumus. Quamobrem ad liberales / qui mediū inter utrosq; tenēt / trāſeamus

Exemplū /

DE LIBERALIS VIRI OFFICIO. DE Q; DELECTV. HABENDO.

Erit igitur liberalis uiri proprium in pecuniis adipiscendis iisdemq; dandis & conferendis / cum
 ci

delectu modum adhibere. In quibus etiam ero
gandis ut prodesse quod plurimis studebit / sic in
comparandis nocere nemini / nec a recto hone
stoque recedere. Itaque & capiet ipse quidem & emo
lumenta quaeret / fortunaque suas non negliget /
nec per incuriam perire patietur. Idem quoque li
benter ad modum de suo tribuet / atque haec om
nia cum delectu atque mensura. Eric autem ita
commodus aliis ut iusticiam prudentiamque re
tineat / sine quibus liberalitas nulla est. Que
ret igitur & capiet / & rem familiarem tuebitur /
ut habeat unde det. Quid enim dementius quam
quod libenter atque honeste facias / non id cura
re ut diutius & erga plurimos possis facere?
Quocirca & rei familiaris commodis operam dabit
Qua in re qui effusi sunt peccant. dum sua hinc per
negligentiam illinc per effusionem perdunt: & in dan
da pecuniae rebusque familiaribus opera honesta
te sequetur / quam auari plerumque aut caeci pupidi
tate non vident / aut precipites calcant. Idem confe
rendis etiam muneribus promptus ac pronus erit /
a quibus auari non modo abstinent / sed metu ne
ipsis desit / minutissimis etiam sumptibus faciendis
animo deficiunt. Eum quoque in munerando de

lectum habebit / ut a recta ratione nō declinet / a
 qua prodigi q̄ longissime aberrāt : nam & quos
 minime oportet / & largiore q̄ oportet manu p
 sepe donis afficiūt / ut aut parua / aut nullā inter
 dū etiā parū rectam / tū eorū quibus donant / tū
 suā ipsorū qui donant rationē habeant. Etenim
 ut dixi liberalitatis fons exiccandus non est / &
 honestas ipsa ubiq; amplectēda. Cūq; donandi
 ratio eo spectet / ut quibus possis & sepe & mul
 tū profis / nō est in alios ita sinus excutiēdus / ut
 tui ipsius immemor uideare quanq̄ ita quidem
 immemor esse nō debes ut non aliorū imprimis
 recordere : & ita quidē recordere ut appareat alie
 nis te commodis plurimum incumbere / teq; ac
 tua sic colere ut habeas unde subministrare ac
 prodesse aliis queas : atq; hoc ipsū habere / eo spe
 ctet ut dones / muneres / profis q̄ plurimis. Qua
 e re illud efficitur / ut liberalis primū suapte quo
 dāmodo natura / deinde ipso habitu ad conferē
 da cōmoda / ad prosequendos benemeritos / ad
 erogādā pecuniā in eos qui prosecutione atq;
 erogatiōe digni sunt institutus & cōfirmatus sic
 qua tamē decet rei suę familiaris ratione habita.
 Nam et si dare q̄ accipere & conferre aliis q̄ sibi

*fons liberalitatis
 nō est exiccandus*

comparare liberalis proprium magis est. ne ta-
men fons ipse liberalitatis exarescat / hinc sum-
mo studio prospiciendum est / illinc non mino-
re cura pensitandum potius id sibi conuenire ut
aliis profit / q̄ ut commodis suis studeat. Etenim
alii qui dat / non qui sibi accipit liberalis dicitur
Iure igitur plurimū laudatus est Agesilaus qui
cum ipse minime egere uellet amicis q̄ maxime
prodesse curaret. Cēsar quoq; ubiq; pre se tulit
partas bello diuitias non uoluptatis ac delicia-
rum gratia / sed quæ uirorum fortium premia
essent apud se conseruari. Qualis igitur libera-
lis sit / q̄ etiā ciuibus propinquis atq; amicis uti-
lis ac generi hominū pro facultatibus suis com-
modus / Ex iis que dicta sunt / facile apparet.
Quoniam autem res ipsa nulla re apertius q̄ de
finitione monstratur / liberalitas ipsa finien-
da uidetur. eaq; ut arbitror in danda pecunia me-
diocritas quædam est : quæ quoniam sine dele-
ctu esse nequit (neque enī retineri mediū ipsum
sine recta ratione potest / e qua delectus manat)
eiusmodi quidem esse delectus ipse debet / ut &
quid des / & quantum etiam des / & cui / & quan-
do / atq; etiam quomodo / & quam ob causam

utiland
m

diligenter consideres: in quibus omnibus cū re-
ctam secutus rationem fueris / illud etiā uidebis
ne a fine ipso / qui liberalitati propositus esse de-
bet turpiter deflectas. Namq; gratuitū esse illū
uolumus nullūq; inde pretiū præter rectā benefa-
ciendī conscientiā expectari. Dare enim ut post
huberius accipias / an est aliud q̄ fenerare? aut
propterea quidem dare / ut eū cui das ad uolunta-
tem tuā large agendo traducas: quod eius est qui
ad utilitatē ac uoluptatem suam omnia referat.

DE HABENDO DELECTU.
CVI. DANDVM. SIT.

In habendo igitur delectu / quo undiq; sibi libera-
litas constet (nam nec satis est finem gratuitum
esse) uidere etiā atq; etiā oportet cui das / in quo
ne peccetur / & tua & illius persona consideran-
da est / qua nisi considerata / teneri recta ratio ne-
queat: deinde quæ sint illius merita / quæ expec-
tatio / quod sequatur uitæ genus / quibus delecte-
tur / quæ etiā ætas. Item si ciuis / peregrinus / hos-
pes / familiaris / ppinquus / uetus / an nouus ami-
cus / & talia quædam quæ personæ ipsi uidentur

adiuncta / quæq; nulla sunt ratione negligenda.
Marcus Aurelius ad paternum patrimonium
cum sorore diuidendum a matre uocatus uniuersum
sorori concessit / auitis tantum bonis contentus:
non ignorauit uirum se / illam uero & mulierem
& sororem esse: quid mirum cum in imperio
constitutus nihil magis aut timuerit / aut deprecatus
sit / q̄ avaritiæ infamiam: quam ut de terrimū malum
& imperii labem detestatus semper fuerit. Scipio is
cui postea Numantino fuit cognomen / integram
Fabio fratri hereditatem cōcessit. Agesilaus quæ
ex Agidis bonis delata ad se essent / cum
intelligeret cognatos suos inopia pressos / cūcta
ex equo cū illis diuidere maluit / licet iure ac
cuius iudicio ad se tantū peruenissent. Nos ipsi
tam et si tenues homuntioes: licet inter tantos
uiros qui numeremur indigni / p̄diorū
fortunarūq; auitarū / totiusq; paterne rei
usum atq; possessionem sorori nostre permisi
mus / contenti bonis iis que Neapoli atque in
cāpania labore industriaq; nostra cōperassemus.
Elius Hadrianus notū sibi olim in miliciā / cum
scabie laborātē animaduertisset in uia / corpusq;
ipsum parieti atterentēq; seruū a quo curaretur

Anrelius

bet Imperij
narria
quo Numat.
gesilant

in Hadrianus

nullū haberet / statim & seruis illū donauit / & ad
 uictū necessaria ministrari iussit. Vides ut & se
 & illum iusta considerauerit. Idem cū intellige
 ret quosdā qui Rome docuissent / propter ingra
 uescentem ætatē munerī amplius satisfacere nō
 posse / ætatis ac diuturne professionis ratione ha
 bita / eos diuitiis honoribusq; honestauit. ac ua
 care uitæ reliquū iussit: feminis etiam plurimis
 unde familiā honeste alerent salaria constituit.
 nescias liberalius ne an magis considerate. An
 toninus cognomēto pius / quos prouinciis præ
 fecisset / eos & locupletauit / & ornamentis consu
 laribus donauit: rhetoribus ac philosophis nō
 solum salaria / uerum etiam honores ac prouinci
 as decreuit. huius quantum in delectu studium
 fuerit illud declarat / q̄ nonnullis quos ocio abu
 ti cerneret / salaria e publico preberi uetuerit / di
 cens nihil esse iniquius / q̄ in eos rem publicam
 beneficam esse / qui nihil ipsi in rem publicam
 conferrent laboris ac beneficii. Alexander Seue
 rus / nō modo litteratorū genus omne / uerū ha
 ruspices architectos / & in quocūq; ingenii aliqd
 elucesceret / stipendiis profecutus est. Amicos au
 tem / & quos bene de se meritos intelligeret etiā

ciii

Antoninus pi

Alex. seuerus

ad petendū inuitabat / quid est q̄ nihil petis an
me tibi uis fieri debitorem . pete: ne sit q̄ priua
tus de me quærare. Non solū autē deligebat ad
uersum quos liberalis esset : sed etiam prouoca
bat quos liberalitate sua dignos putasset . Pro
bus Augustus eum se erga tribunos centurio
nes milites gessit / ut in plurimīs uictoriis / præter
tela & arma nihil sibi e præda retineret / quam in
ter milites partiebatur . Quid enī turpius q̄ im
peratorem ipsum in partienda præda socium se
militum suorū facere. Cui præter gloriam nihil
aliud e bello reportandum uideatur. Galeatius
Maria Dux Mediolanensium / quo tempore ne
bulonem quendam & pecuniā / & uestibus etiā
sericis profecutus esset / petēti mihi ut e duobus
libellis Federici Sicūli gesta continentibus qui
in Ticinensi bybliothea seruabātur / alterū da
ret: aut saltem exscribendū permetteret / utrunq̄
negauit. Quid inter hoc / & quæ ante posui exē
pla intersit. Nemo est qui non uideat. Sed qui
uitia sua q̄ maxime nota esse cuperet / quomo
do aliorum egregie facta celebrari pateretur.
Peccari autē hac in parte duplici modo solet / uno
si nec dātis nec accipiētis ratio habeat / altero si

(ad August)

h. 21. maria

in improbos, & minime dignos benignitas exerceat. Quocirca sapientissime ab Alexandro Seuero dictū est. Malum pupillū esse Imperatorem, qui ex uisceribus prouincialium, homines nec necessarios, nec rei publice utiles pasceret. Hæc igitur prima lex in exercenda liberalitate tenetur, ut proborum improborūq; delectus habeatur: neq; enim aliter recta ratio teneri potest.

DE HABENDO DELECTV.
 QUID DANDVM SIT.

Secūdo loco quid detur, considerandū est. cuius rei quæ aut meliorē, aut maiorē magistrū adhibere in consiliū possumus, quàm eundē hunc Alexandrū, qui honesto loco natus & magistratibus atq; honoribus functos, quos inopia rei familiaris laborare intelligebat, dū tamen neq; per luxū patrimonía absumpsissent, neq; inopiā simularēt, alios aliis cōmodis, agris, seruis, armētis, ut quæ egere intellexisset, iuuabat: quin etiā magnificas domos a se extructas, integris atq; icorruptis uiris amicitia secū iūctis donabat, ut nō modo quod daret, sed quibus etiā daret exacte adeo p̄sitare

uifus fit / ut iftrionibus / atq; in fcena fe exercenti
bus / nihil aureū aut argenteū / quin perraro nu
mos dederit. Nō cōmēdamus Opiliū Macrinū.
Qui in tribuenda annona cū eſſet largiſſimus /
auri tamen pauciſſimus foret. Illud rephēdi iu
re nequit / q; auri atq; annonæ delectum haberet
Quocirca tū p̄cīpes urbis / tū ipſi Auguſti hāc
rationē ſecuti / militi donatiuū / populo cōgiariū
dabant. Aurelianus Auguſtus tunicas uiritim
per populū diſtribuit: lineas etiam uestes / quin
etiā cū frumentū oleū / & porcina cōgiarii nomi
ne dari tantū cōſueſſet / uinū etiam dan dū decre
uit. Cimon Athenienſis amoueri ex agris ſuis
ſæpta atq; uacerras iuſſit / quo poma frugesq; iis
qui egerēt ciuibus ac peregrinis / legere liberior
facultas eſſet / quin etiā ſiquem natu grādiorem
qui ſecū congregederetur ſordide ob paupertatē in
ducū cerneret / nouis ſtatim uestibus donabat.
Alexander Philippi filius in Aſiam profecturus
nō ante nauē aſcendit / q̄ rebus amicorū egregie
penſitatis / ut enī cuiq; cōmodiū uifū eſt / alii uil
lam / alii prædia: quibuſdā portoria / aut annuos
e domibus prouentus dono dedit. Sentis ut ex
actiſſime / quid cuiq; daret: & hic & illi dimenſi

lud maximus

reham Aug.

on Atheniam
sus

pondus philippi
filii

sunt. Quocirca diligenter uidendū est . ut quæ
dono dantur & dante & accipiente digna sint/
neq; enī aut grāmatico cataphractus equus / aut
militi argento intectus Homerus cōuenit: neq;
qui dat ignorare sepisum debet.

*Cataphractus
equus,*

**DE HABENDO. DE LEC
TV Q V A N T V M. S I T.
D A N D V M.**

Consequens etiam est uidere quantum & te dare/
& illum cui das accipere satis sit: in neutro enim
peccandum est. Alexander cū animaduertisset
Macedonem quendā defecto utribus mulo hu
meris aurum ferre: ac iam iam sub honore defice
re. Atqui inquit ut bono sis animo / ad tuū te ra
bernaculū honus istud ferre scias. hoc nō multū
fortasse Alexandro / at mulioni multo nīmiū fu
it / illud pēsitate: q; Mazei qui inter Darii purpu
ratos amplissime dignitatis erat filio / ad eam
quā habebat satrapiā / alterā adiecit. Marci An
toniū trium uiri filius / munerum magnitudi
ne Philotam quendam / adeo terruisse legitur ut
ille capere reformidaret. Eius pater tetrarchias

*Mazeus
Satrapen
Phlota,*

ac Regna priuatis quibusdā contulit / quis hoc
laudare iure possit / presertim cū Reges ac tetrar
chas / regnis fortunisque omnibus spoliauerit / ut
nō minus iniuste / q̄ sine delectu fecisse uideatur
Alfonfus de quo multa sepe dicimus / in mare
prolapsus e nauicula beneficio remigis libera
tus est. huic meriti gratia / quotannis dum uiue
ret duodecim uncias pendendas ex erario statu
it. Satis hoc remigi parum tamen regi / tale præ
sertim ob meritū / cū nullā ei presentem pecuniā
numerari tum iussisset / ac sepe numero etiam ob
leuissimas causas aliis atq; aliis magnam pendi
imperasset. Igitur ut mensura retineatur / sine
qua actiones nostre recte esse nequeunt / quanta
& dantē & accipientē sūma deceat / exacte pensi
tādū est: p̄stat tamē de linea aliquātulū excedere

**IN. EXERCENDA. LIBERALI
TATE. TEMPVS. QVOQVE.
OBSERVANDVM. ESSE.**

Cum autem sine tempore fiat nihil / tempus quoq;
uti ceteris in rebus sic hac in re seruandū est / qua
ratione & munera ipsa gratiora sunt / & uolun

tas dandi maior quodammodo propensiorq;
 uidetur / cum maiore etiam accipientis utilitate.
 Pomponius Atticus fugientem e patria Cice
 ronē sestertiis ducentis & quadraginta milibus
 donauit Cedenti Italia bruto sestertia centum
 milia muneri misit In epiro agenti sestertia tre
 centa numerari absens iussit: familiares quosdā
 Marci Antonii ex urbe profugientes / quibus re
 bus egere intelligebat / sponte iuuuit. Nam in. P.
 Volumniū tam multa contulit / ut plura profi
 cisci a parente non potuerint. Antoninus pius
 cū fame plures Italiæ urbes laborarent / frumēto
 cōportando ex urbe subuenit. non minore cura
 Hadrianus cum intellexisset populos quosdam
 pestilentia affligi. Tempus ipsum hæc omnia
 maiora gratioraq; reddidit. Quin etiam a prin
 cipibus ciuitatum / & a regibus seruari illud so
 let / ut solemnibus quibusdam / festisq; diebus
 liberalitatem publice exercean / adeo tempori
 bus obseruandis decorū quoddā magis emicat

*Pomponius A
 tus, (in ro n
 G bruto don
 in multa,*

*Antoninus pi
 Hadrianus,*

**PRE. SE. FERENDAM. ESSE.
 IN. DANDO. HILARITA
 TEM.**

*ut in hospite
abro,*
alexander
In dando quoque uidendum est nequid in uultu /
gestu / uerbis appareat / quod liberalitate ipsam
perinde ac labes aliqua inficiat / quod iure in hos-
piti illo calabro ridet Horatius / cum porcis ait /
quod ille pepercisset / edendum relinqui. Vnum
illud Alexandri exemplum docere nos abunde
potest / quid in uultu ipso dantis / quid etiam in
uerbis positum sit : ut magis magisque gratifice-
tur. Offerenti militi caput ab se truncati in pu-
gna hostis / apud nostros inquit aureum pocu-
lum huiusmodi uirtuti solet esse praemium / quod
te capere oportet : renidensque statim subdidit / de-
more quidem uacuum / at Alexander meri ple-
num illud tibi propinat . dubitem gratius ne
hoc militi / an poculum ipsum fuerit. Quocirca
uidendum est / ne qui accipit / tristem te / aut uer-
bis minus gratis utentem animaduertat. Ex iis
enim liberalitas ipsa / gratiam aut omnem aut
magna certe ex parte amittit.

**LIBERALEM. ALIENIS. NECES-
SITATIBVS. COMMOVERI.
DEBERE.**

Quanq̄ autē illa & prima & maxima dandi causa
 esse debet / ut profis / ut bñfacias : & quidē gratui
 to / ad hanc tamē causā / & alię quedā adiungēde
 sunt / q̄ te hominē esse / ac rerū humanarū memo
 rē declarent : alienisq; necessitatibus cōmoueri / &
 graues hominū casus miserari . M. Aurelius An
 toninus / labentibus uetustate oppidis auxiliū
 tulit : tributa uectigaliaq; ubi necessitas cogeret
 remisit . Alexander seuerus cō pluribus oppidis
 quę terremotu corruissent / instaurandis ædifi
 ciis tum publicis tū priuatis / pecuniā e uectigali
 bus subministrari iussit . Quā honestiorē se qui
 causam potuere / q̄ ut in publica iactura / publice
 benefacerent ciuibus ? Liberalitati ac glorie Al
 fonsi Regis plurimū detraxit / q̄ aliquot in sam
 nio oppidis terremotu collapsis pene ad oppida
 norū internitiōnē / iis qui reliqui erant / remissio
 nē tributōꝝ petentibus / ita respōderit / an qui ui
 ta excesserant / cūcta secū sua detulissent soluerēt
 igit̄ tot bonōꝝ heredes relictī . Quāto p̄stantius
 Alexāder macedo / q̄ plurimos gre alieno circūuē
 tos liberauit / ingēti sūma creditoribus exoluta .
 Veniamus ad priuatos ciues . Cimon atheniē
 sis quos in foro inuenisset idigna egestate p̄ s̄sios

Liberalitas
 profu,

M. Aurelius A

Alex seuerus

oppida i sam
 terremoto
 lapsa,

Alex macedo

Cimon Athen

iis statim de pecuniis quas ad manum haberet
subueniebat. Anicetus cyreneus captum ab egi
netis Platonem pecunia sua redemit: ac liberum
cū honesto comitatu remisit in patriam. Et piæ
& honeste causæ / queq; summam præ se ferrent
humanitatem. Quocirca maxime accusandi ui
dentur qui in prosequendis istrionibus / & do
nandis scurris multi sunt / qui non solum in eo
peccant / q̄ quibus minime conuenit / & supraq̄
debet / largos sese exhibent / sed q̄ cum leui & pa
rum honesta causa moueātur / leues se & parum
consideratos ostendunt. Quo in genere horum
temporum reguli maxime peccant : atq; eo ma
gis q̄ in ornandis bonis ac de se benemeritis mi
rifice parcunt. Non tamen ii sumus qui nihil
istrionibus iisq; qui artes tractant ludicras con
ferendum pro tempore ducamus / quandoqui
dem & his interdum delectari non dedecet / sed
ita quidem conferendum / ne bonis ac beneme
ritis fiat iniuria : allicianturq; alii ad id uite ge
nus infame / dū turpissimas artes in precio esse
intelligunt. Sigismundus Augustus burram
Ispanum celebrem scurram / quodam in conui
uio argento honerauit adeo ut sub pondere iam

emptus Plato
p Aniceto (yr)

ent & parū
omni di-ran

sigismundus Aug.
de scurra hisp.

deficeret: an cui mirum uideri debet si burra mer-
 cede tanta adductus e iurifconsulto ad scurram
 tranſierit. Nihil eſt autem homine dignius q̄
 hominum calamitatibus moueri ac ſuccurrere/
 neq; aliud in quo huberiores ſibi gratiam cō-
 paret benefaciendi ratio atq; uoluntas. nam ho-
 minum neceſſitates ridere: illiſq; cum poſſis mi-
 nime ſuccurrere/ quid eſt aliud q̄ hominem exu-
 ere / ac ferarum induere immanitatem? Quocir-
 ca factum Seleuci Regis ut impium / immane / fe-
 rum / quis eſt qui non abominetur. Hic Deme-
 trio a ſe capto / quanq̄ ſocero / petenti tamē Tyrū
 Sidonēq; in quibus agere uitam poſſet cum ip-
 ſe ab indo mari ad Syrie litora cuncta. teneret /
 dare omnino refulauit / adeoq; inops animi & ſu-
 pra q̄ dici poteſt a miſericordia alienus fuit / ut
 maximo regi ingentibus fortune malis proſtra-
 to / ſocero deniq; intra latiffimos regni ſui fines
 uix anguſtum hoſpitiū conceſſerit. At contra
 quis nō pium Antigoni factum / & memoratu
 dignum: ſummis etiam laudibus efferat: qui Al-
 cyoneū filium / Pyrrhi ad ſe caput deferentē / ba-
 culo percuſſum a ſe reiecerit / ut barbarum ut pol-
 lutum inclamans / q; aſpectu ipſo fedari noller
 di

Factum Seleuci
 Regis Impium
 cum diuinitate

Factum Antigoni
 pium

chlamiden ante oculos obduxit / miserabilemque
Pyrrhi / quanquam hostis mortem multis lacrimis
prosecutus est. Antigoni etiam aui / ac Demetrii
de quo dictum est patris miseriarum inter lacri
mandum recordatus. Ne quis autem pietatem
hanc fictam putaret / Helenum Pyrrhi filium multa
humanitate complexus in Epirum remisit. hæc
igitur causæ ut honestæ / ut piæ / ut perhumanæ
quotiens ad utendam liberalitatem mouere ui
debuntur / mirum est quantam commendationem
pariant. Populo Neapolitano magis magisque ac
ceptum fecit Alphonsum / quod in uirgines quæ deo
initiarentur liberalis esset: pecunia templis obla
ta / quam uirginibus dotis nomine dari mos esset.

uirgines in
Hæc,

**LIBERALEM. A. D. ANDO. NON
DIMOVERI. PROPTER IN
GRATITVDINEM.**

Quoniam autem eius qui dat propositum illud
esse conuenit ut nihil inde præter ipsam benefa
ciendi conscientiam / relaturum se aut speret / aut
curet / tam etsi par est ut qui accipit si potest refe
rat / si minus habeat quam potest gratiam / ta

men liberalis ipse quod ad habendam aut referendam gratiam pertinet si minus sibi responderi uiderit: tacitus etiam / ac negligens / hoc ipsum ita præteribit / ac si sua non intersit: & quauis ingratis secum actum uiderit / non propterea ab honesto proposito deterrebitur / nec molestum id sibi esse ostendet / ut qui non eo consilio benigne ac liberaliter egerit. Magis autem dolebit / quosdam ita male institutos esse / ut beneficio rerum immemores esse malint / quam gratiam habendo sese gratos præstare / illosque in quorum manu est benefacere / gratitudine sua excitare ad beneficia conferenda. elato enim inopi atque ingrato uix aliud in ciuitate aut intolerabilius / aut nocentius inuenias.

LIBERALITATIS. FINEM. GRATUITVM. ESSE. DEBERE.

Omnis quæ in ciuem peregrinum ue fit pecuniæ ac fortunarum erogatio turpis est / quæ alium quam gratuitum finem respexerit: nec solum turpis uerum etiam periculosa: docent hoc Philippi Regis auara magisquam liberalia dona / quibus paulatim græcarum

in de philippo,

urbium libertatem emit. Vnde non temere dic-
tum illud manauit in populos. Philippi auro
græciam subuersam esse. Sed de largitione post
Illorum certe non minus turpe propositum qui
id agūt/ut aut impurissimas uoluptates/ aut pa-
rum honestas cupiditates assequantur: unde fit/
ut in lænones turpissimū genus hominum/ plu-
rima congerant. Nam eo consilio dare/ ut plura
inde referas/ hoc quis non uideat/ non ad libera-
litate[m] sed ad fenus pertinere? Explicatis igit̃
que ad delectum pertinere uisa sunt/ consequens
est ut liberalitate[m] ipsam partiamur/ quo perspe-
ctiora sint/ magisq; exposita: quæ ad usum ipsū
liberalitatis pertinere intelligantur.

DIVISIO. LIBERALITATIS.

Liberalitas igitur cum erga alios sit/ ea aut publice
aut priuatim aut promiscue in multos exercebi-
tur. Si publice aut erga uniuersam ciuitatem pro-
uinciamue/ aut erga tribum aliquam/ quæ pars
est ciuitatis. huius exemplum est. Cimon athe-
niensis diebus singulis domi/ mensam iubebat
parari/ in qua quicumq; Laciadas esset discumbe

Cimon Ath.

ret: uolebat enim tribulibus suis domū semper
 patere. Illius egregium præbuit exemplum.
 Pomponius Atticus qui publicam Athenien-
 sium inopiam suis opibus sæpe sulleuauit. hoc
 liberalitatis genere duobus uti modis possumus/
 aut numerando | ut cum Alexander plurimos
 qui ere alieno pressi erant | ingenti summa pro iis
 soluta liberauit: aut quæ debentur remittendo
 debitoribus: quod fecit Hadrianus qui aurum
 coronariū Italie remisit | prouintiis minuit: mul-
 tos etiam populos tributis leuauit. Non minus
 etiam liberaliter Iulianus Augustus plurimis ci-
 uitatibus debita longa diuturnitate contracta
 condonauit / quin etiam sua illis uestigalia resti-
 tuit / utinam sint qui nosse hæc nunc uelint / ne-
 dum ut sequi curent. Promiscue in multos | ut cū
 Hadrianus in gentem summam quæ a priuatis
 debitoribus fisco debebatur / in urbe | Italia | pro-
 uinciisq; remisit: singraphis etiam in foro diui
 Traiani patris incensis | ne unq̄ ea summa posset
 repeti. Priuatim ergo singulos / siue ciues / siue
 peregrinos / siue hospites unde hospitalitas di-
 cta. Est autē nō modo priuatorū ciuiū / uerū etiā
 urbium ipsarū summa laus / priuatas domos patere
 d iii

Pom. Atticus.

Alexander

Hadrianus

Aurū Coronariū

Iulianus Aug.

Singrapha
 censā in foro

peregre uenientibus. Quo in genere laudis. L.
Lucullus in primis claruit / tū erga alios / tū erga
græcos summa hospitalitate usus: ut Luculli do-
mus græcorum Romam uenientium / quasi por-
tus quidam esset. Quo genere liberalitatis qui
utuntur / quantopere laudandi sint / illud do-
cet / q̄ maiores nostri hospitii iura sancta esse uo-
luere. Ac reputanti mihi quanta sint hospicali-
tatis merita / uidentur nunq̄ satis digne laudari
posse christiani / qui publicas domos constitue-
re / in quibus e bonis quæ diis oblata sunt / cu-
iusq̄ modi genus hominum paupertate / aut e-
gritudine laborantium / pascitur / curatur / uesti-
tur. Neapoli in hospitali diue Marie domo quæ
amplissima est / exposititias puellas uno tempo-
re noningentas educari uidi: quod quanq̄ abun-
de mirandum: illud multo admirabilius / ma-
ioribusq̄ laudibus prosequendum / q̄ easdem
pudice liberaliterq̄ institutas / qui domui præ-
sunt / honestis uiris bona cū dote collocāt. Dii
boni qui Florentiæ / qui Senis / qui Romæ / sed
maxime Senis concursus / aut potius p̄fugiū est /
ad hospitalē eiusdē Marie domū / languentiū ho-
minū: quod in curandis egrotis studium quæ

Lucullus

ms Janoz

hospitat

pietas in omnes qui egeant tum ciues / tum peregrinos Hec ideo retulimus / ut quâtopere laudanda sit hospitalitas / his exemplis manifestius pateat. Maiores nostri quod ad splendorē tū urbium / tum priuatorū ciuiū iudicarent hoc non parum pertinere / in ædificâdis domibus / illud imprimis uidebant / ut hospitibus patere possent. Quocirca in hac parte Alfonsi Regis liberalitas & splendor mirū immodū uiderē extollendus. Si quidem tū oratoribus populorū aut Regū / tum claris uiris ad se publico aut priuato nomine ueniētibus / & ædes exornari iubebat / & uictum quā diu apud se essent lautissimū ministrari / quin etiā nisi egregie a se donatos abire nequaquā passus est.

hospitalitas

*Liberalitas
prouisio regis*

DE LIBERALITATE. IN DEOS. IN EGROS. IN DESTITUTOS.

De toto autē eo genere erogationis / quæ in deos pietatē præ se fert / illud principe loco dicendum uidetur / finem quidem esse optimum / non tamen ut superstitio laudanda sit. Multi etiam in subueniendis pauperibus ac mendicantibus

d iiii

ergo
lo mosine

quæ erogatio græce est elemosina / peccât / dum
populi auras inde aucupantur / facinorosaq; co
gitationes suas / ac peruersa consilia / stipe in ege
nos cõferenda occultare uolunt. Itaq; quæ laus
esse potest / ad fictam aut inanem ostentationem
referre actiones suas? Nonnulli erogatione hac
in deos ipsos utuntur / pecuniam / agros / fortu
nas uniuersas / omnemq; rem familiarem tem
plis offerentes: quibus illud uidendum est / ne
dum erga deos pii uideri uolunt / iniusti effician
tur auferentes hominibus quæ diis offerunt.
Hoc quid est aliud q̄ deos ipsos auaros & iniu
stos existimare? Nec uero pauci inueniuntur.
qui ut sacerdotes opipare pascant / familiaribus
suis alimenta subducunt. Quocirca etiam atq;
etiam uidendum est / ne dum erga deos pie / erga
sacerdotes liberaliter agere uideri uolumus / ad
uersus coniunctos iniusticia utamur. Imprimis
autem deo hominibusq; acceptum liberalitatis
genus exercent qui aduersus inopes / & humana
ope destitutas mulieres liberaliter agunt. quid
enî aut deo potest esse acceptius / q̄ imbecillū se
xum adiuuare? aut gratioris utiliorisq; in ciui
tate exempli / q̄ prohibere / ne quod unū ac pre

cipuum mulieris bonum est pudicitia / egestate
 expugnata diripiatur? Quocirca Romanus
 atq; Atheniensis populus dici uix potest / q̄ gra
 te / q̄ liberaliter fecerit / q̄ in publicam honestatē
 consuluerit / cum alter Scipionis alter Aristidis
 filiabus dotes e publico cōtulerit. Vrsus Comes
 Nolanus singulis annis quibus Nolæ præfuit /
 satis bonā pecuniā puellis collocadis decreue
 rat: unde & uiuus maxime carus Nolanis fuit / &
 mortuus ab omnibus desideratur. Proxima est
 quæ in eos qui morbo simul & inopia laborant
 confertur liberalitas. Quod enim beneficium
 maius q̄ homini salutē pecunia sua procurare?
 quod illinc satis patet / q̄ & Romani templa sa
 luti cōstituere / & greci Ioui Sotiri sacra publica
 faciebant. Quinetiam Titum Quintium Flami
 nium q̄ ab eo græcie libertas restituta esset soti
 rem in carminibus / in sacrificiis / in pompis testa
 bantur. Puer ipse patria ob auitas simultates / ci
 uilemq; dissensionem excedens Neapolim cum
 uenisset / graui morbo correptus / ita quidem a
 Iulio Forte Massanensi qui Alfonsi Regis cēsui
 rationibusq; præpositus erat / adiutus ac sulleua
 tus sū / ut q̄ uiuimus / q̄ hæc scribimus maxima

Publ. ho
nstan

Ursus Com.

Templa salu

T. Q. Flamin
sotir

Iulius massan

ex parte ad illum referamus. Adolefcētes quoq;
quorum angustiores sunt res / & in quibus inge
nii uis / & indoles aliqua ad uirtutem prælucet /
pecuniis sustentare / uel imprimis commendan
dum uidetur. Quid enim uel priuatim benefi
centius fieri potest / q̄ uadentem ad uirtutes uia
tico suo iuuare? aut publice utilius / q̄ sua pecu
nia / suaq; opera id præstare / ne naturæ bona / ho
minū ope destituta pereant? Alfonso adolefcē
tulos quosdam cum intellexisset ob parentum
inopiam / quibus ceperant disciplinis continua
re operam non posse / eos in Galliam ulteriorem
Parisijs misit / pecunia statuta que illis suo ex era
rio suppeditaretur. Patrum auorūq; memoria
clari quidā uiri / alii Perusiæ / alii Paduæ prædia
ab se empta / ginnasijs dedicauerunt / e quorum
fortunis paupertas dolescentiū sustentaret / qui
philosophie aut ciuili iuris cognitioni operam
darent. Num aut beneficentius aut utilius exco
gitari liberalitatis genus potuit? Hoc autem
quid est aliud q̄ dare operam ut multi semper
sint / qui rerum ciuiliū ac naturæ perscrutationi
uacent. q̄ nolle pati ob ignorantiam rerū cogni
tione dignarū caligare res publicas. Sed his ex

Alfonso in ado
lescentibus uirtutum
deditur.

plicatis ad ea quæ restant proficiscamur.

LIBERALIS. OFFICIUM. ESSE. PREVENIRE.

Liberalis autem proprium cum sit dare | idq; & ro-
gatus & non rogatus faciat quis dubitet | longe
esse gratius præuenire muneribus: quâdo & uo-
luntariû magis uidetur | excelsiori q; ab ingenio
proficisci: & qui accipit | q; ex improuiso accipit
dantis uoluntatê | ac munus ipsum longe pluris
facit: q; q; tanti se haberi putet | ut etiâ si nihil pe-
tat | donis se tamen honestari sentiat. hoc quoq;
plurimû addit gratiæ. Cum autem alii naturali
quodâ pudore affecti extrema queq; parati sint
sustinere | priusq; aliquid petere: alii ingenuitate
quadam naturæ adducti | & palâ & maiore qua-
dam animi fiducia petât | nō debet id cōmittere
liberalis | ut aut illorû expectet preces | aut dum
hos satiat in alios minus uti liberalitate queat
neq; enim liberalis est in unum aut in q̄ paucissi-
mos omnia congerere: nec iusti | quæ multorû
sunt commoda in paucos ea conferre.

QVE RATIO. IMPORTVNE.
PETENTIVM. HABENDA. SIT

Que autem tū importune petentiū / tū indignorū
hominū ratio haberi debeat / prudentia monstra
bit. nā improbe petentibus quis dubitet dandū
non esse? Donatellus Florentinus statuarius
egregius / homuncio nō inurbanus / cū importu
ne mendicāti stipē optulisset: & ille diis acceptā
diceret: tunc ipse / nō diis inquit / sed tuę impor
tunitati / ne me efflagitando occideres. Crassus
ille diues usus est præceptore Alexandro / a quo
ut nihil ille unq̄ petiit / sic nihil ipse Alexandro
unquam dono dedit. De quo quidem fertur. Se
mel in itinere pileū cum poposcisset / ex itinere re
uersū / statim Crasso reddidisse. Incōmoda sane
ac sine ulla benignitate familiaritas. Alfonsus
Rex quā nouā induisset uestem statim ꝑ familia
ribus cui piā destinabat: eamq̄ haud multo post
tradendam curabat. Quo circa uerum nobis li
beralitatē exemplū Hadrianus prebuisse uideꝛ
qui amicos & quidem non petentes locupletaue
rit / & petentibus minime negauerit. Vbiq̄ tamē
suus habendus est delectus.

Donatellus sta
tarius /

Alfonsus.

Incōmoda fa
miliaritas.

Hadrianus

LIBERALIS. VIRI. OFFICIUM
ESSE. DONARE. QVAM. SEPISSIME.

Cum igitur liberalis sit / etiam si possit prodesse omnibus / quis non intelligit non semel aut raro / sed q̄ sepiissime dare illum debere : neq̄ enim uirtutum ipsarum actiones / ut pauca / ac per q̄ rare finiuntur : quas quidem plurimas esse necesse sit / ut habitum constituāt. Ergo si plurimis donaturus est / ut sepiissime donet necesse est. Queres illud efficit cum & sæpe & multis liberalis ipse cōmodus sit / ut q̄ maxime carus acceptusq̄ sit omnibus / cum presertim de illius commodis etiam qui nihil acceperit / bene sibi promittant . Trahit autem adeo amorem ad se omnium / liberalitas / ut in extremis terris cōstitutos de quibus liberalitatis fama sit / tametsi de commodis eius / nihil nobis speremus . tamen beniuolentia laudibusq̄ prosequamur : contra tenaces odio / & obtreptione. Eminebant uicia quædam in Nicolao quinto Pontifice maximo. Item in Alfonso Rege : claros tamen atq̄ amabiles faciebat dandi studium. Mahometum qui nunc Turcis

† uolans Por

Mahometus

ac græcis imperat/ quanq̄ rebus gestis maxime
inductū | tamē propter singularem avaritiā/ quis
est qui non improbet? At patrem eius Amora
thum liberalitas splendorq̄ etiam apud hostes
commendauit. Plurimos autem e cuiusq̄ modi
hominum genere donis afficere | quanq̄ est re
gū ac si qui regibus sunt pares | eorūq̄ benigni
tas q̄ latissime pateat | unde magis magisq̄ illu
stris habetur/ tamen qui & pro facultatibus suis
quæ abunde suppetant/ & q̄ potest non minus
sæpe q̄ libenter dat/ an est cur hic ut ciuibus suis
percōmodus/ ut liberalitatis meritis clarus/ non
sit etiam suis laudibus exornandus? Quibus
tamen minores facultates sunt | hi respicere im
primis debent | ut ipsorū liberalitas quo rarior
minusq̄ plena est/ eo exactior ab ipsis delectus
habeatur eorū in quos pecunias conferunt: nam
qui plurimum habent quod dent/ iis fortasse cō
cedendum fuerit/ si quid dum non multum ta
men in delectu peccent | minus autem opulen
tis in hoc peccare non facile permittitur. Vene
ram ipse aliquando Narniam : diuiteramq̄
ad meritoriam tabernam cum familiaribus qui
mecum iter faciebant. Tubicen non malus dis

cumbentibus nobis atrium ingressus est. Inua-
luit enim mos ut cum peregrinus quispiam qui
dignitatem pre se ferat aliquam / oppidum ingre-
ditur tubicines postq̄ tuba eum salutauerint /
donari se expectent. Ingredientem igitur tubi-
cinem carleno donauit / atq; ut taceret iussit. cau-
sam requirenti cauponi / respondi me cum erga
tubicinē liberalis esse nequaquam possem si caneret
eo carleno redemisse / ne illi liberalis dicerer & qui
cantum non possem / silentium eo argento mer-
catus essem.

*De Tubirino
nato /*

**DONA. IPSA. GRATIS. VERBI
S. EXORNANDA. ESSE.**

Ad eū autē delectū quē plures in partes secuimus /
quo dantis uolūtas manifestior appareat / ipsaq;
erogatio gratior habeat / illud etiā adiungendū
est ut læta fronte / ut uerbis pro loco / tempore /
ac persona / quā maxime accommodatis / quæ animi
libentiam quandam declarent / & demus / & de
disse uideamur. Alexander Seuerus ubi quē de
re publica benemeritū p̄secuturus esset / ante illi
gratias agebat / & suo & rei publice nomine ꝓ ita

Alex seuerus

lex Man.

virtus in con
ferendis munib

virtus (yro.

quidem rem publicā gessisset/ ut bene de ea me
ritus iudicaret. Alexandro Macedoni legimus
affuisse quandam in conferendis muneribus ala
critatem/ quæ sola gratificari animum eius abū
de posset. Iulius Cæsar/ locupletiozem se factum
dicebat quotiens fortem & benemeritum quem
donaret. Anicetus Cyreneus cū remissam sibi
a Platone qua eum redemerat pecuniam sensif
set/ ea repudiata/ profecto inquit peccatum a me
uideri potest/ q̄ maiore summa in Platonem ex
ercenda liberalitas nostra fuit. Quis non intelli
gat hoc dicto/ liberalitatem illam/ quāq̄ magna
quidem fuit/ tamen altero tanto factam esse ma
iorem? Tyrannus fuit Phalaris/ & quidem cru
delitate nobilitatus/ uerba tamen eius ex ea epi
stola quam ad medicum scripsisse legitur quis
unq̄ digne laudauerit.

**EPISTOLA PHALARIDIS AD
MEDICVM.**

Nesciam Policlete utrū ne aliquis medicinæ uim
an morū in te fidem potius ammiretur. Meden
di enim uis egritudinem quæ tyrannum confi

ciebat superauit: mores autem) præmia quæ ty-
 rannorum cædis causa sunt His e rebus iusticia
 cum progredere tua/ eū qui duplici periculo
 premebatur letalis morbi impetu/ & inimicorū
 premiis/ liberauit. Soli nanq; tibi in manu fuit
 prestare si morbo fuisset confectus ubi nihil
 ex arte remedii adhibuisses/ tyrannum uti sustu-
 lisse uiderere. Sin minime periissem/ tamen cum
 prompte cuncta abs te tradita utpote ad salutē
 acciperem corrupisse. Potuisti itaq; uideri etiam
 corrupisse ad consequendos eiusmodi honores.
 Maluisti tamen q̄ iniustum precium / gloriam
 iustam sequi. An fortasse occasio ipsa quæ ægro-
 tantem in tua me potestate constituerat/ tyranni-
 cidii & quidem pii locum sortita non est? Quo
 circa cum te penes esset/ quo me uti uelles/ neque
 ipse habeam/ quam dignam tanta uirtute gratiā
 referam/ Sic ipse quidem sentio/ dignam te deo
 qui artem constituit scientiam adeptum esse. Ac
 nihilominus cū ipsis medicinæ ac fidei premiis
 ad te misi quæ animi gratitudinem testarentur
 mei/ puro ex auro phialas quatuor. Crateres ar-
 genteos nostratis haud quāq; magisterii duos
 poculorum item theriaciorū paria decem: puellas

quoq; intactas uiginti : cum his etiam atticorū
argenteorum quinquaginta millia. Quin etiam
scripsi Teucro a dispensatiōe tibi ut penderet sa-
larii quantum capiunt / tum nauium præfecti :
tum satellitum coeterorumq; ordinū principes :
exiguā profecto retributionē maximo pro bene-
ficio / uerū in quo gratitudo ipsa manca est / illud
suppleuerit / confiteri me : beneficio qui sit affec-
tus / huic quā parem gratiā referat nullam esse.

**Q. VE. SERVANDA: Q. VE. ETI
A. M. VITANDA. SINT. IN
DANDO.**

Quocirca munera ipsa non nunq̄ honestanda uer-
bis sunt / & dantis animus q̄ potest erga eum qui
accipit declarandus . quod fieri quidem potest
pluribus modis / nā & munera ipsa quanquam
magna / tamem si ad dantis uoluntatem / si ad ac-
cipientis merita referantur exigua quidem esse
dicet : contra ubi minora illa fuerint / non mune-
ra ipsa / sed eius qui dat egregiam uoluntatem /
optimumq; in accipientem animum consideran-
dū atq; alia munera / alio in tempore / & plura &

maiora expectanda . Laudat apud Maronem
 pastor pocula illa quanq̄ fagina / tamen q̄ cæla
 tum & quidē diuini Alcimedontis opus esset.
 Omnis tamen abesse debet iactantia quippe
 quæ maxima liberalitatis labes est : neq̄ aliquo
 modo committendum / ut obligandi ac deuinci
 endi gratia aut dare aut dedisse uideare. Quin
 id potius pre te feres / ut tu te quidem habiturus
 ei gratiam sis / q̄ munera abs te accipiat : nec pe
 cuniam te magni facere / sed q̄ plurimi ducas il
 lius te amicum fore / q̄q̄ intelligant homines /
 quæ tua sint / ea quoq̄ communia amicorum
 esse. Abiiciendum etiam in dando supercilium :
 retinendaq̄ facilitas est / & frontis hilaritas illa
 quidem aperta atque ut dici solet serena.

INTERDVM. SECRETO.

QVOQVE. DANDVM.

ESSE.

Quid q̄ nec ubiq̄ palam atq̄ in publico dandum
 est : quædam etiam per alium potius nonnun
 quam munera ipsa sic mittenda / ut qui ea mittat

ignoretur: seruandumq; in quibusdam & erga
quosdam tritum illud christianorū prouerbiū
ignorare sinistram debere quod dextera ipsa de-
derit: quæ quidem seruasse Cosmum Florenti-
nū / cuius liberalitas late erga multos diffusa est /
accepimus.

LIBERALEM. DEBERE. ALIO
RVM. INNOPIAM. SCISCITA
RI. VT ILLIS. SVBVENIA T.

Quin etiam liberalis uiri cura / eo progredi debet /
uti amicorum familiarium ciuium necessitates /
ac uiuendi difficultatem reiꝑ; familiaris inꝑui-
rat angustias : quibus inuentis / nunc frumento
nunc pannis / nunc pecunia : rebusq; aliis eos iu-
uabit. Antonius Marci Antonii pater / pressū
necessitate amicum / numis cum non posset argē-
to pocillo iuuat. cuius liberalitas quo uideri ma-
ior possit / etiam clam uxore: quæ cum furci ser-
uos argueret non puduit Antonium quanq̃ ui-
rum ac patrem familiæ furtum a se factū dicere /
ac petere ab uxore ueniam. Borsius Extēsis / qui
Ferrariam peregrini diuertissent renuntiari ad se

omni Florentinus.

omni pro marci
antonij

omni Florentinus

uolebat / demandata ministris quibusdam eius
 rei cura ut qui ac quales essent / diligenter sciscita
 rentur / ne qui erga notos abunde liberalis esset
 erga ignotos & peregrinos parum benignus ha
 beret / ad quē multarū Italiē urbiū exules sic pro
 fugiebant / ut ab eo nemo repelleret . Philippus
 Maria Mediolanēsis / nō solū aduersus hospites
 ac peregre ueniētes multa liberalitate usus dicitur
 sed quē fortē / & clarū uirū in Italiæ urbibus au
 t finitimis in regionibus agere intellexerat mune
 ra ad eum mittebat : & se & illo digna .

*Philippus m
 mediolanensis*

LIBERALITATEM. MAXIM
 E. EXERCENDAM. ERGA. IL
 LOS. ESSE. QUI. EA. DIGNI.
 VIDEANTVR.

Quauis autem late erga plurimos liberalium be
 nignitas diffundenda sit / ac nullum fere genus
 hominum / dum id ferant facultates a se reiiciat
 illorum tamen ratio imprimis habenda est / quo
 rum fides / integritas / fortitudo cognita est / &
 in quibus præclara ingenii uis elucet / quid enim
 præclarius q̄ clarum se ac nobilem / claris & ho

nestis uiris donandis agere? Quid magis secū
dum uirtutem q̄ erga eos qui precipua aliqua uir
tute præditi sunt/exercere liberalitatē? Quam
egregie cæsar cum diceret bello a se partas diuī
tias quæ fortium uirorum premia essent seruari
Ptolomeus Rex Alexandrinus doctissimos
quosq; ad se uocatos/salariis donisq; profecutus
est. Duxit secum Alexander Macedo/non unū
aut paucos quosdam/sed quasi cohortes doctis
simorum hominum. Antoninus pius non do
nis modo ac pecuniis litteratos ornauit / sed p
uintiis præfecit: honoribusq; q̄ maximis hone
stauit. Abundauit eruditis uiris Nicolai quinti
Pōtificis maximi / & Alfonsi Regis aula. hīc ad
ordinariam in Antonium Panhormitam beni
gnitatem / illud addidit / ut mille eum aureis ob
scriptum de dictis & factis suis librum donaue
rit. Poggiū Florentinū quingentis / ob conuer
sum e græco in latinū Xenophontis librū qui
Cyripedia inscribitur. Dionisius Syracusanus
Heliconem Cyzicenum talento donauit q̄ solis
deliquium prædixisset. Lysander ob paucos
uersiculos Antilochi poetæ pileum argento im
pleuit. Ferdinandus Rex grandem pecunie sum

mirul

F. mundo

ut. pius

roland gent. v.
sonens

in ant. panhor.
poggi.

nylus in h
onem

lender. Antilochi
dinandus

mam quotannis ex ærario pendendam statuit.
Rhetoribus / Medicis / Philosophis / Theolo-
gis / qui publice Neapoli docerent: egregium sa-
ne factum / ac perpetua commendatione dignū /
ingenia prosequi / uirtutes ornare / & ad excolen-
dos animos excitare iuuentutem.

**LIBERALITATEM. ALIQV
ANDO. ETIAM. ERGA. INDI
GNOS. EXERCENDAM. ESSE.**

Recte quidem atq; e media philosophia Horatius
ait / dignis paratā esse debere benignitatē / tamē ne
scio quomodo interdū debet plus apud liberalē
posse dandi ratio / q̄ accipiētis indignitas. Quo
circa etiā aduersus latrones / piratas / & flagitio-
sos quosdā nōnūq; liberaliter fortasse agendū ui-
deat / quo eorū improbitas minuat. Alexander re-
giū esse affirmabat / a quibus male audias / in eos &
sepe & multū cōferre / qđ ab Alfonso Rege facti-
catū scimus: offulā enī abiiciendam esse censebat
oblatrātibus canibus. Itaq; superior Proteg cui-
dam dicaci homini cui iure plurimū succensus
erat / non modo ueniam petenti dedit / sed quinq;

e iiii

Alaj dicitur

etiam talēta numerari cōfestim iussit/que essent
reconciliati in eum animi pignus.

ETIAM ERGA HOSTES LIBE
RALITER AGENDVM ESSE.

Cum hostibus quoq; liberaliter agendum esse ma
ximorum tum Regum / tum Ducum exempla
docent. An tibi uideatur indignum / aduersum
quos fortitudine & firmitate animi utare in pe
riculis adeundis / in preliis faciendis / in eos quo
q; ubi res tulerit. Liberalitate uti : & qui neq; uin
care a periculis / neq; a mortis metu / uinci patiēre
a predæ cupiditate / bonisq; diripiendis : Cæsar
labieno quanq̄ transfugæ pecunias tamen & sar
cinas deferendas curauit. Scipio Hispanos capti
uos sine p̄cio dimisit. Quin & Masinisse nepo
tem magnificentissime donatum Quo genere
liberalitatis & ipse Scipio ab Antiocho Rege
affectus est / filio absq; precio remisso. Ptolemæ
us Rex fugato Demetrio / quos prelio ceperat /
Demetrii amicos una cū eius supelectile statim
remisit / missis qui dicerent / de imperio & gloria
magnis uiris certandū esse : fecit idem Pyrrhus

nr
p̄uo
mochus
olumenl Roy

in captiuis populo Romano reddendis. Ea ta-
 men animi magnitudine / uinci se minime pas-
 sus est Demetrius: nam classe Ptolemæi supera-
 ta / eorum qui ceciderant corpora / magnifice se-
 peliri / captiuos autem omnes liberos abire iussit
 Imprimis mihi clara & nobilis uisa est / Philippi
 Marie Mediolanensis liberalitas / & animi altitu-
 do / qui captum nauali pugna Alfonso cū duo-
 bus fratribus altero etiam Rege / multis item re-
 gulis / non modo liberos esse uoluit / uerum nul-
 lum liberalitatis / comitatis / mansuetudinis ge-
 nus in eos prætermisit Quid enim pulchrius /
 q̄ quos armis uiceris / eos liberalitate ac beneficē-
 tia deuincire.

Pirrhus

phi. ma. m. d.

**ERGA BENEMERITOS. LIBE-
 RALITATEM. OFFICIOSIUS
 EXERCENDAM ESSE.**

Quod si nullis in se collatis ante beneficiis / libera-
 lis tamen officio suo utitur / quanto & officiosi-
 or / & liberalior esse / in eos a quibus prouocatus
 est beneficiis ac meritis debet: cum hic etiam de
 animi gratitudine agatur / quæ quantis efferen-

da sit laudibus docere unū illud satis potest / q̄
ingratitude omnes mirū in modū detestan
tur. Quid enī iniustius q̄ nō respondere benefi
ciis / aut improbioris exempli / q̄ per ingritudi
nem deterrere alios ab officio ac beneficentia ?
Decet igitur liberalem quotiens p̄uentū se gra
tia / ac beneficiis intellexerit / id p̄stare / ut ad
gratitude liberalitatem quoq̄ adiūgat / eāq̄
in remunerando tenere rationem / ut acceptorū
beneficiorum nō solum memor & gratus appa
reat / uerum etiam is esse qui cū p̄uenire alios li
beralitate consueuerit / turpissimū ducat p̄uentū
uinci. Qd̄q̄ nō uinci parū sit / id agat / ut uictū a
se eū qui prouocarit quanq̄ oēs intelligant tamē
ipse adhuc dubitet / satis ne a se factum grate ac li
beraliter fuerit. Scipio ob fidelem fortemq̄ Ma
sinisse in populū Romanum operam / quoniam
parū uideretur Regnū ei patriū restituisse / opu
lentissimā partem Regni Siphacis adiecit. Alfō
sus Rex Ioannem Vigintimiliū / ob egregie na
uatam in bello operam / multis donauit oppidis
ut nō solū grate / uerū admodū etiam liberaliter
cū illo egisse ab omnibus iudicaretur. Artaxerfis
liberalitas / summaq̄ gratitudo / exemplo esse po

no maximillo

taxerxes

test /q̄ omnis gratitudo munifica esse debeat /
 cui de siti laboranti Caunius quidam cū aquæ
 utriculū optulisset /eū ille ita extulit /ut ex obscu
 ro atq; inopi clarū atq; opulentū fecerit. Neapo
 litanorum Rex Ladislaus puer Regno exutus a
 Caietanis sustentatus est / collata ex publico pe
 cunia. Is parta uictoria Caietanos etiā obscuris
 simos sic extulit /ut nō temere quanq̄ perurbane
 dictū fuerit ab Asinario quodā Afello suo. Po
 teras inquit meus Afelle beatus esse si Caiete na
 tus esses: nā aut ipse Pretor esses /aut arcis p̄fectus

Caunius
Ladislaus

ERGA BENEMERITORVM. LI
 BEROS. AC. SVPERSTITES.
 LIBERALITATE. VTENDVM.
 ESSE.

Quoniam autē turpissimū est pati gratitudinē ex
 tingui atq; interire /id etiā p̄standū ē /ut gratitu
 do liberalitasq; manere uideat̄ etiā illos q; bene
 meritoꝝ amicoꝝ superstites sunt. Alexāder Ma
 cedo /militū q; cecidissent liberos /paterna capere
 stipēdia uoluit. Atheniēsis populus Lisimacho
 Aristidis filio argenti cētū minas /totidēq; cōsiti

Alex. Maced.

a gri iugera / post patris mortem dedit / adiectis
etiam quatuor dragmis quæ de publico diebus
singulis penderentur. Non solum autem hoc
liberalitatis ac gratitudinis genere profequen
dos esse mortuos / uerum etiam funerum sepul
crorūq; honoribus ac titulis / multa docent: nō
q̄ mortui iis indigeant: sed q̄ hoc maxime mo
do & gratitudo testanda sit / & alii ad beneme
rendum inuitandi. Alexander Macedo / decies
mille talenta in Ephestionis funus contulit. To
to hoc genere gratitudinis erga mortuos hono
randos Græci Romaniq; maxime celebres fue
re: condendis sepulcris : ponēdis statuis / in scri
bendis titulis / quibus illorū uirtus testata esset
posteris. quin etiam ludos / & spectacula in eo
rum honorem maximis sumptibus singulari
splendore edidere: quarum rerum tum græcorū
scriptorum tum etiam nostrorum pleni sunt
libri.

IN. IIS. ETIAM. LIBERA
LITER. AGENDVM. QVE.
NIHIL. AD. LIBERALEM
PERTINEANT.

ma. in funus
in honore

Plateenses publici boni gratia / cum pugna illa no-
 bilis aduersū persas pararetur / fines suos in qui-
 bus Eleusinae Cereris templū esset / Atheniensī
 bus concessere cum in agro Actico Apollinis
 Delphici oraculo moniti essent uti manū cum
 hoste cōsererēt. Quod factū a deo omniū laudi-
 bus celebratum est / ut Alexander multis post
 annis cum putaret ad se pertinere / gratiam refer-
 re Plateensibus / illorum oppidum sua pecunia
 mœnibus cinxerit : atq; in ludis olympicis per
 p̄conē edixerit / eam se tunc gratiam referre Pla-
 teensibus q̄ bello Persico / agros Atheniensibus
 adiecerint / paratissimisq; ad mortem animis cor-
 pora sua pro communi greciæ salute optulerint
 Memorie quoq; proditum est / Senatū popu-
 lumq; Ro. aduersum Acarnanes liberalitate nō
 mediocri usum in referenda gratia / post multa
 etiam secula / q̄ illi Eneam auctorem & urbis &
 generis / extorrē patria profugumq; ad Acarna-
 nie oras diuertentem cum classe / portubus hos-
 pitioq; benigne accepissent. Itaq; donatī ob eam
 sunt causam Acarnanes / Leucade / & Anactorio :
 quæ oppida Romanus exercitus Corinthiis
 ademisset : addito etiam decreto ut Acarnanes /

Alex. plateen

Acarnanes

Echinadibus æquata cum Etolis potestate com-
muniter imperarent. Que res plane monet libe-
ralis uiri proprium esse/etiam quæ nihil ad ip-
sum attineant liberaliter a se ubi res tulerit pro-
sequenda esse. Quid enim præstâtius q̄ quod ubi-
cunq; terrarum fiat cum uirtute aliqua / putare
id ad suam etiam gratiam spectare iur qui uidea-
tur honestandarum uirtutum patrocinium sus-
cepisse.

ERGA DEOS.PRECIPVE
LIBERALITER.AGENDVM
ESSE.

Quid si erga hoies/hominûq; actiones illas qui-
dem rectas atq; honestas ita institutū esse opor-
tet/qua pietate/gratitudineq; liberalis uir erga
deos affectus erit/re publica præsertim bene atq;
e sententiâ gesta. Agesilaus rebus feliciter gestis
biennio supra centū talenta/ quasi decimā quan-
dā Delphis Apollini cōsecrauit. Populus Ro-
manus uictorias suas/ q̄ omnes diis immortali-
bus ascriberet/declarant tot templa Romæ illis
posita dedicataq;/ tot ludi a consulibus uoti/tot

Ag. Silanus apollini

supplicationes decretæ tot sacra in capitolio pri-
 uatim ac publice facta. Quid si rectoribus urbiū
 propter iustam administrationem : parentibus
 propter procreationem educationemq; : amicis
 propter beniuolentiam & coniunctionem / ne-
 mo bonus non maxime gratus esse studet / qua-
 les erga deos immortales esse debemus / quorū
 munera tam late pateant erga genus humanum
 Quanq̄ autem illi quidē opis nostre minime in-
 digent / tamen haud scio an eo magis pietatē gra-
 titudinemq; erga eos nostram dictis factisq; om-
 nibus testari debeamus. Non indiget uiuentiū
 gratitudine Virgilius. Silius tamen Italicus se
 pulcrum eius quotidie pene inuisebat atq; ador-
 nabat muneribus. Quis autē qui modo aliquid
 e philosophia degustauerit / non se Aristotelis
 manibus gratiam habere q̄ maximam intelligat
 qua tamen ille nulla indiget. Quamobrem ma-
 ximū mihi gratitudinis genus uidetur : eo ma-
 gis gratum se erga deos ostendere / quominus il-
 li gratia nostra indigent.

Tompla: lud
 sup'nis.

EXEMPLA. QVEDAM. GRA
 TITVDINIS.

Accusatus est Cato Porcius / q̄ q̄ domi cōsenuerāt
serui / eos ut senectute confectos ac parum iam
utiles uenales faceret. Iure quidē accusatus / ac
si utilitate sublata / nihil humanitatis tribuendū
iudicaret hominibus: nam quanq̄ serui / tamen
q̄ homines / q̄ nobiscū plures annos uictitarint
q̄ operas suas in nos / liberosq̄ / réq̄ nostrā famili
arē diuturnius cōtulerint / humanitate liberalita
te gratitudine cōplectendi sunt. Nuper Ferdinā
dus rex / equū quo egregie usus aduersus insidiā
tes fuerat / freno liberauit: uacuumq̄ labore om
ni esse uoluit / stabulario cuidam data pascendi
eius cura. Cui non est etiam abunde nota Alexā
dri gratia in equū illum suum / in cuius honorē
urbem edificauerit de nomine eius dictam. Qui
bus equabus Cimon Atheniensis tertium uice
rat in olympico certamine / iis sepulchrū statuē
dum prope suum monumentum curauit. Popu
lus Atheniensis publica alimenta ad extremum
uitæ diem mulis decreuit quorū laboriosis ope
ris in Hecatopedo edificando usus esset: qui
tametsi ob annositate libertate donati / uacuiq̄
incederent / tamen ne ipsi quoque minus grati
aut officiosi uiderentur duces sese prebebant &

dinandus i
m

x. in equum

non Ath in
equat.

v. po. in mulos

exhortatores itineris ac laboris iumentis aliis ad
 honera conuectanda. Et nos erga deos ingrati
 erimus quorum beneficia tam late pateant: ut
 ab eis tanquam perenni fonte/bona cuncta per
 petuo quodam cursu profluant: ut si recte dictum est
 ut quidem esse constat/dei metum/sapientie princi
 pium esse: recte etiam dicatur/pietatem erga de
 um ac gratitudinem humanæ felicitatis initium
 esse.

EGRE FERENDVM ESSE. A.
 LIBERALI. VBI MVNERA.
 SVA. SPERNI. SENSERIT.

Non solum autem gratitudo erga eos qui beneme
 riti sunt/propensaque dandi uoluntas liberalem
 decet. Verum siquid a se omissum intellexerit in
 conferendis commodis: si liberalitatem suam/
 suaque dona repudiata cognouerit egerrime feret/
 nam si dandi studio tenetur/iustus profecto do
 lor illum capiet ubi quid a se quod officii esse sui
 senserit/omissum intelliget. Ad hæc si mirificam e
 benignitate uoluptatem capit/iure dolore etiam
 graui afficietur/ac si ereptam sibi uideat fruende

fi

Pyrrhus de mot.
Esope

uoluptatis causam / ubi muneribus suis aditum
nullum esse cognouerit. Memorie proditum est
Pyrrhum Regem Epirotarum Esope mortem
permolesto tulisse / & quãuis cum illo bene actũ
diceret / mirifice tamen cruciari seq; improbum
dicere / q; dum prosequi illum differt: gratiam ui
uenti non retulerat / creditam quidem pecuniam
post mortem creditoris heredibus solui hone
ste licere / at gratiam cui ea debetur / nisi uiuenti
uir honestus & gratus retulerit / iure plurimum
offendi ipsum debere. Subiratus est Alexander
Phocioni Atheniensi q; munera ab se missa re
pudiasset: ac si inter amicos habiturus nõ esset .
Quocirca danda est opera ne quid quod ad offi
cium suũ spectare senserit liberalis uir omittat
quin illud ab eo præstandũ est / ut quod libeter
facit / fecisse etiam diligenter uideat .

x. phonom

**VIDENDVM. ESSE. NE. PRI
VATA. LIBERALITAS. PV
BLICE. OBSIT.**

Illud etiam uidere liberalem oportet / ne libera
rate sua rei publice obsit / neq; enim commit

tendum est/ut dum unius aut paucorum uti-
 licati consulitur/in publicam peccetur utilitatē.
 Induxit Domitius Nero Augustus aliquando
 animū ut omni genere uectigalis prorsus adēp-
 to/pulcherrimo hoc munere/mortalium genus
 donaret:quam Neronis uoluntatem/seu potius
 impetū Senatores q̄ nō liberalitatem/ sed Impe-
 rii dissolutionem dicerent continuere: prius ta-
 men animi eius magnitudine multū laudata: q̄
 quo tandē reciderit/omnes norunt. Nō caruit
 publica canpanorum accusatione Ferdinandus
 Rex q̄ dū priuato studet ciui/Capuzæ uinariū ue-
 ctigal instituerit. Absit igitur etiā longius a ui-
 ro liberali eiusmodi consilium/ ut ob priuati ci-
 uis utilitatem despiciat publicam.

Domitius Nero

Ferdinandus

**DANDVM. ETIAM. LIBERA-
 LIVS. ESSE. VBI. MVNERA
 ALIQVANDO. DILATA. FV-
 ERINT.**

Quoniam autem ut dici solet/liberalitas non sem-
 per habet ad manum quod det/ studendum est/
 ut si quid distulerimus/cū se se facultas obrulerit

& huberius & alacrius id prestemus : atq; ubi
quippiã promiserimus ita memores uidebimur,
ut cum faciendorum promissorum occasio se se
præbuerit / multo lætiores ad soluenda promif
sa q̄ quibus promissū est ad accipiēda uideamur.

TVRPE ESSE IN. QVIBVS
DAM. LIBERALEM. VIRVM
A. PLEBE. SVPERARI.

Illud etiam uidendum ne quibus in rebus uulgus
se largum ac diffluentem exhibet in eo se contra
ctiores ac minus uolentes liberales uiri p̄beant.
Octavius Augustus ut strenam ab infimis ac
cipere dedignatus nō ē / sic in ea mittēda largus
admodum ac liber fuit. Elius Hadrianus satur
nalitia ac sigillaritia / etiam inopinantibus mit
tere solitus est : quæ ipse libenter accepit / ut iis
magis ac magis ad par reddendum inuitaretur.
Laudatus est Ferdinandus Rex q̄ populis qui
busdã strenam remisisset / antiquis principibus
inueterato quodã iure quotannis pendī solitam
Idem tamē magnopere accusatus q̄ eiisdē cōferē
dæ familiaribus suis morē maiora nō seruauerit

in Aug. di.
frena.

in Hadrianus

ord.

LIBERALE FACTVM. REGVM
M. ALEXANDRINORVM.

Fuit non minus nobile q̄ liberale Alexandrinorū
Regum institutū / ut qui capitis damnati essent
pridie q̄ securi percuterentur / eis munuscula que
dam mitterentur regis nomine : quibus uideli
cet erga carceris custodes / aut a quibus beneficii
quid in carcere accepissent / gratos sese ostēderēt.

IN TESTANDO. VIDENDVM
ESSE LIBERALI. QUID. SE. DI
GNVM. SIT.

Nec uero supremum uite tempus prætereundum
est liberali: ne quod Cicero ait / tāq̄ ab inertī poe
ta ultimus actus neglectus uideatur. Quocirca
in scribendis tabulis / non solum iusticiam seque
tur / uerum etiam liberalitatem. Antoninus pius
testamento liberalitatem suam plurimis legatis
manifestissimam fecit. Iulius Cæsar singulis ci
uibus dragmas quinque & septuaginta tradendas
cauit: non solum enim priuatim inter paucos /
sed publice inter omnes benignitatem suam re

fiii

*Ann. pius
Iul. Cæsar*

linquere testatam uoluit. Quo tempore etiam
gratitudinis ratio habenda est: uidentumque ne
mors ipsa aduersum deos hominesue ingrati-
tudinis conuincat. Ac tamen si in ipso testandi ge-
nere leges institutaque municipalia / quibus opte-
perandum est plurimum ualent / ad liberalitatem
tamen ac gratitudinem exercendam: cui uis pru-
denti / modo id uelit / locus ultimo etiam uitae
tempore relinquatur.

LIBERALITATEM. NEQUE
FICTAM. NEQUE. CALLIDA
M. ESSE. DEBERE. SED. GRA
TUITATEM.

Quoniam autem in ciuitate uiuenti / uitaeque comu-
ni famae cum primis studendum est / plurimumque opi-
nioni hominum dandum illud in utenda liberalita-
te commodisque conferendis imprimis pre se ferendum
est / ut erogatio ipsa tum simplex appareat tum gratu-
ita / ac nullo modo callida non caperet: non mercedem:
non emat: non sic ficta ut aliud manu gerat / aliud a-
nimo. Quocirca iure maximo laudatus est. Poppo-
nius Atticus cuius liberalitas rebus ipsis iudica-

mpo. Atticus.

ri potuit q̄ esset simplex: quippe qui nō florenti
 bus seipsū uēditauerit / sed afflictis opera / pecuni
 aq̄ sua semp succurrerit: q̄ Seruiliā Bruti matrē
 post filii mortē nō minus coluerit / q̄ illo florēte
 q̄ Fuluie Marci Antonii uxori pluribus modis
 ac litibus uexatæ sic affuerit / ut nullū ea sine Atti
 co uadimoniū p̄stiterit: quin ipse sponsor rerū
 omniū fuerit: necessariāq̄ pecuniā nō tantū sine
 foenore / sed sine ulla stipulatiōe crediderit: ut q̄
 iudicaret maximū atq̄ honestissimū questū esse
 memorem se ac gratū a ciuibus atq̄ ab amicis co
 gnosci / eūq̄ se se gereret qui nō fortune amicus /
 sed hominū consueuisset esse.

**QVE.POTISSIMUM.CAVEND
 A.SINT.VIRO.LIBERALI.**

Non solum autem simplex esse debet erogatio /
 sed in omni uitæ genere liberalis uir ita se insti
 tuet / ut omnem prorsus fugiat auaritiæ suspitio
 nem. ne quis autem de turpi questu / infami lu
 cro / illicitis emolumentis solum me putet lo
 qui / consideret quæ a prestantissimis & clarissi
 mis principibus cauta diligēterq̄ euitata referā.

Hadrianus Aug.

p. pms.

Hadrianus Anno.

Hadrianus An. An.

Hadrianus Augustus damnatorū bona / nō in
priuatum fiscum / sed in erarium publicum refer
ri iussit. Antoninus pius ab omni lucri genere ab
stinuit / quo prouinciales offendi possent / qua
druplatores amouit. Si qui repetundarum dam
nati essent / eorū liberis bona restitui iussit dunta
men q̄ parentes male accepissent / ipsi prouinciali
bus redderent. Aurelius Antoninus / delatiōes
quibus fiscus aueretur / audire contempsit. Ex
hausto ob bellum Marcomannicum erario / q̄
nollet prouinciales extraordinario tributo gra
uari / auctione augustalium ornamentorum in
foro Diui Hadriani facta etiam pocula cristalli
na / quæq; in delitiis habebat / uēdidit. Extat Au
reliani Augusti epistola cuius particulam insere
re placuit / ut intelligant qui imperant: ex oratio
ne tanti principis / q̄ procul omnē a se auaritię su
spicionē relegare debeāt. Heraclemonē inquit
occidi passus sum . neque enim mihi fidem ser
uasset / q̄ patriæ nō pepercit. Diuitē hominē ne
gare nō possum: sed eius bona liberis reddidi / ne
quis pecunie causa locupletem hominem occidi
passum criminaretur. Hos quis nunc laudare sa
tis digne posset: cum præsertim uideat / princi

pes nostrorum temporum / nihil prius aut poti
 us curare q̄ quomodo subiectorum pecunias ex
 torqueant: & perinde ac parum sit illas extorque
 re eiusmodi etiam mercaturas exercent / quæ pri
 uatos & obscuros homines in quibus aliquid
 inest ingenui animi / exercere perpudeat: quid q̄
 magistratus / honores / dignitates sacerdotia uē
 ditant / adeoq; faciendo questui habent cuncta
 promiscua ut nullus fame respectus / nullus dei
 metus / eorum insit animis. Lucrum apud eos
 possit omnia.

DE. RATIONE. ACCIPIENDI.

Venio nūc ad alteram illā partem quæ capiendi re
 gulā continet / nā liberalis ut initio dictū est / ca
 pere etiā debet: quod ni fecerit / breui fons ipse li
 beralitatis areseat necesse est. Abstinebit itaq; a
 quocunq; infami questu / turpi emolumento : fe
 neratio redditu / parū licito cōpēdio / ab omni
 deniq; inhonesta atq; illiberali cōmodorū adep
 tione. Ex iis enī que turpiter parta sunt / queq; ex
 inhonestis cōmodis proueniunt / quomodo p
 ficisci dandi pulchritudo possit / nō uideo: cum

deceat imprimis mundas manus donantem ha-
bere: quas fedari ex illiberali prouentu necesse sit.
Non puduit principem orbis terrarum Vespas-
ianum ex urina uectigalia colligere. Quid fedi-
us? Pertinax Augustus / nō aliter q̄ priuatus ac
sordidus ciuis mercaturas exercuit. Quid indi-
gnius? e Neapolitanis regibus quidā hoc exem-
plū secuti puinciales ad inopiā redegere / erepta
illis Mercature facultate: quid iniustius? Quid
q̄ sordidi etiā questus ne dū turpes declinandi.
Video purpuratos quosdā / oblata munuscula /
petasunculos / altilia / poma / uenalia exponere: lu-
crūq̄ ex iis quærere / quibus familiares / amicosq̄
pascere par esset. nesciam iniustius an sordidius
cōparatū hoc sit. Ex alea lupanariq̄ decreto etiā
publico tributa exiguntur / quid impurius?
tameñ perditissimorum hominum ac mulierū
damno exiguntur. Quamobrem ne dū turpes
sed etiam sordidi questus fugiendi sunt. Quid
q̄ ut minuta quædam perinde ac maiora dona /
grato animo accipienda sunt Artaxerxis exem-
plo / quem traditum est / nullum quanuis exiguū
munus non læta fronte accepisse : quippe qui
haustam e profluenti aquam / iūctis offerentem

ingalia ex vri-
na colligere

questus

alea lupanari /

m artaxerxis

manibus / aurea phiala & denariis mille profecutus fuerit / sic quædam quanuis legitime oblata renuenda statim sunt. Antoninus pius: cum institutus a quibusdam hæres testamento esset / ubi cognouit liberos illos suos esse / repudiavit hæreditates quædam etiam licet absq; ulla capi reprehensione possint / nonnunq; tamen recusanda uidentur: quod Atheniensis fecit Cimon: qui Persam hominē / q; patrocinio uti suo uellet / pateras duas offerentem / alteram aureorū plenā / argenteorū alterā: ea acerbitate ab se reiecit / ut diceret mercennariū se nō esse / quin si sua uti uellet amicitia quæ secum detulisset / domum referret munera. Intellexit uir liberalissimus / quid liberalem deceret. Ergo quæ capienda sint quæ etiam repudianda / uir liberalis uidebit: ne qua parte sibi ipsi desit. Quin etiam ut quæ oblata sunt munuscula ita sibi grata esse significabit / ut plurimi ea facere uideatur / sic in lucris com modis ac prouentibus omnibus animum uultumq; q̄ potest moderabitur / ne gestire quæ stibus uideatur: sed ob id solum eos sibi gratos esse / ut habeat unde sumministrare aliis queat.

Anto. pius

(Cimon Ath.)

BENEFICIORVM. EXPROBATIONEM. LIBERALI. VIRO. INDIGNAM. ESSE.

Quantū autem liberalem ac beneficium uirum mutare beneficium ipsum minime decet: aut gratiā inde reposcere / tamē si casus aut ratio aliquando postulet / etiam atq; etiā uidere debet. ne quo modo exprobare illud intelligat. qđ qđ ē liud q̄ pulcherrimā liberalitatis speciem fedare uelle. Quocirca uerecūde & parce: nec ut qui repetat / sed ut qui benigne agi secū mutuo cupiat. Quo in genere peccasse uehementur Marcum Crassū diuitem illū constat: qui tametsi pecunias suas multis sine ullo foenore mutuas daret / adeo tamē acerbē atq; icōmode exigere sit eas solitus ut lōge melius cōsultū iis q̄ mutuati erāt fuisset / si foenori accepissent. Qđ si aut minime reposcere aut uerecūde & parce petere liberalitas ipsa precipit / qua eū abstinentia esse cōuenit: qua integritate: nequa parte a uiri boni & honesti ciuis recedat officio: Atheniēsis Cimon ab omni genere largitionis publice q; expilationis sic abstinuit / ut rei publicæ munera caste icorrupte q; obierit.

Crassus dicit

non Ath.

Qua animi integritate in gerendis magistrati-
 bus / & in omni uitæ genere fuisse Catonem Por-
 cium credendum est / qui ex hostili præda nihil
 ad se præter cibum & potum peruenisse gloria-
 retur / qui ministros etiam suos ab omni præda
 uiolationeque continuerit. Pescennius Niger ea
 moderatione / tum seipsum tum milites rexit: ut
 in decretis sibi prouinciis / miles nõ operam / nõ
 oleum / ne lignum quidem a prouinciali extorse-
 rit / ipse nihil unquam a militibus acceperit. Paulus
 uicto captoque Macedonie rege / cum plurimum
 argenti atque auri e præda coactum esse intelli-
 get ne aspicere quidem uoluit: dato questoribus
 negotio ut in erarium referrent. Horum integri-
 tatem continentiamque sibi proponere ante ocu-
 los / qui ad liberalitatem institui uult debet. hos
 admirari: ut qui aliis prodesse pecunia com-
 modisque suis studet / publice priuatimque continens
 atque incorruptus appareat. Qualis igitur libera-
 lis sit / & quod eius propositum atque institutum
 esse debeat hætenus dictum sit.

(ato portius

Pescennius

Paulus

DE. LARGITIONE. ET. COR-
 RUPTELA.

Licet autem quod Cicero ait / raro illud detur ut
possis liberalitatem atq; benignitatē de ambitu
atq; largitione seiungere / tentandum tamen est /
ut q̄ fieri potest secernamus. Contingit autem
difficile id esse / non q̄ ingenio & ratione non fa-
cile secernatur / sed q̄ ii qui pecuniis sic utuntur /
consilia sua celant / ac dum benigni uideri uolūt
id agunt ut omnem dandi rationem ad opes cli-
entelas potentiamq; suam referant propriamq;
in utilitatem conuertant. Differunt itaq; libera-
les ac largitiosi: primū q̄ largitio uix unq̄ gra-
tuita est: quærit enim conciliare sibi animos ho-
minum suasq; clientelas opes facultates amplio-
res ratione hac in ciuitate facere. dum enim per
multa largiendo ciues sibi reddit obnoxios / eo-
rū præsiidiis ad honores: ad magistratus etiam
perpetuos / non unq̄ ad tyrannidem aspirat: dein-
de q̄ rarissimi inuenti sunt / quos publici hono-
res popularesq; clientele non mouerint. Quo fit
ut difficile sit ab ambitu benignitatem seiunge-
re: nam dum liberalitatis uiam ingressi uiden-
tur / ubi longius progressi sunt / ad populi fauo-
res ac suffragia diuertunt: apparetq; tū demum
nō dare eos sed uendere. Et huiusmodi quidem

argutio /

liberalitas /

ambitus

homines factiosi plerunque euadunt / quos ad occupandam publicam libertatem tantū intentos esse res tandem ipsa declarat: & Atheniensium Romanorumq; historiæ docent. Ad hæc non tam bonis & honestis ciuibusq; audacibus seq; ipsos uendentibus largi sunt: & quæ in bonos atq; honestos benigne agunt / eo spectant / ut minus aduersos illos inceptis suis habeant. Quocirca iure corruptela dicta est a maioribus / quæ ut malos ad se trahit sic bonos detorquere a recto quærit. Quid q; etiam quæ publica sunt improbe nephariæq; largiunt / raroq; largitiosus quispiã inuentus est / quin idem rapax & uiolentus fuerit. Nulla unq; in ciuitatibus aduersus liberalitatē scripta lex est: at ābitus ac repetūdarū leges largitiosos p̄cipue coercēt: eeq; in bñ cōstitutis urbibus maxime omnīū incorrupte manent quin etiā ubi opus ē sūma cū seueritate uindicātur. Quid q; liberales palā agūt: ipsamq; animi libertatē p̄ se ferunt / ac bonitatē cū liberalitate coniungunt. At largitiosi consilia sua celant / suntq; maxime omnīū callidi: & bonitate aut fida utuntur aut uim per iniusticiam afferunt nanq; ubi fraude nequeūt / ui iniuriæq; grassant:

Factiosi

(corruptela

*Largitiosus
rapax*

cumq; illi rectam conscientiam in conferendis
sequantur commodis | hi dum ambitioni satisfaciant |
recti honestiq; obliuiscuntur | atq; ad rapacitatem
conuersi | aliis auferunt | ut aliis largiantur.
Iccirco ambitionis comes ac tyrannidis ministra
largitio est: quam Cleomenes Lacedemoniorum Rex
ut Regibus indignam / ut maxime iniustam iure detestabatur
iudicans ciuium animos humanitate / fide / integritate
ad beniuolentiam inuitandos: idq; Regibus potissimum
conuenire / De largitione igitur satis sic hec dixisse.

FINIT

DE LIBERA

LITATE

IOANNIS. IO

VIANI. PON

TANI. AD

RVTIL

IVM.

ZENONEM. E

PISCOPVM

SANCTI

MARCI

DE. BENEFICEN

TIA. LIBER

INCIPIT.



gi

PROLOGVS.

IN excolendis animis Rutili Zeno
Institutioni ne plus / an diis im
mortalibus debeamus ut addubi
tem illud efficit / nisi discendo
atque assuescendo / in aliquo uirtu
tis genere consummatum euadere uideo neminē.
Sed cum a fontibus Riui emanent qui longius
profluentes paulatim tamē augescendo imple
ntur. Sic mihi uidentur bonarum artium prin
cipia / & tanquam ortus ad deos primum im
mortalis referenda : quorum est muneris ut cor
pore fruamur & animo : iisq; etiam sensibus qui
rationis atque intellectus (diuine in nobis par
tis) sunt ministri. Quibus e principiis profec
ta ratio / disciplinis institutionibusq; adiuta pre
stat tandem ii ut euadamus qui uita ipsa idest de
orum digni munere iudicemur. Verum apud te
deorum ipsorum antistitem / cū aut parcius aut
omnino religiosius diuinarum de rerum opini
onibus sit loquendum / sic quidem statuo / cum
corporis / tum animi bona : quin hominis ipsi
us qui ex utroque constat / aut solum / aut impri

mis esse ad deos referenda : præcipue autem uir
 tutem eam / cui a beneficiendo (quod Deorum
 est proprium) in dictum nomen est beneficentia
 Ac nihilominus ad hanc etiam consequendam /
 institutionem quoque plurimū conferre usq;
 frequentiore opus esse duco. Cum enim ad a
 gendum atque intelligendum nati simus / nimi
 rum actiones ipsæ nostræ rerumq; cognitio /
 præceptis constant atque institutis / ratione quī
 dem usq; comprobatis : a quibus & animorum
 constituuntur habitus / & ueritas in omni per
 uestigatione magis ac magis elucescit. Neque
 inutiliter igitur neque ab re de beneficentia ip
 sa præcepta libro hoc tradidimus te præsertim
 hortante beneficentissime Rutili / qui tenui quā
 uis in re / per exiguoq; sacerdotio constitutus /
 nullam tamen beneficentiæ partem aut omittis /
 aut nō minus etiam libenter q̄ frequenter exer
 ces. Quamobrem nostra hæc legens actionesq;
 ipsas tuas passim recognoscens / (sat scio) non
 tā excitabere ad beneficia in plurimis quod qui
 dem facis collocanda / q̄ ad cōscientie tuæ bona
 rumq; actionum fructum / & quidē quotidianū
 de lectione percipiendū eaque pergendū uia per

quã & antiquis & nostris item tēporibus incedē
tes nō pauci inter diuos relati sunt/atque in deo
rum immortalium numero habiti.

DE BENEFICENTIA. IN QVI
BVS. DIFFERAT. IN QVIBVS
ETIAM. CONVENIAT. CVM
LIBERALITATE

Liberalitati finitima est beneficentia / ex eo q̄ aliis bene faciēdo pro sit dicta : idq̄ cum liberalitate cōmune habet inter utrāq̄ tamē hoc interest q̄ illa pecunia tantū adiuuat / hæc opera : utriusq̄ tamē propositū cū sit pdesse aliis / utriusq̄ gratuitus finis est / solāq̄ benefaciendi rationē respicit : ut si differāt materia / in qua uersentur / sine ipso cōueniāt : ac tamen si liberali deesse sæpius propter fortuitos casus / atq̄ in digētū multitudinē dandi facultas potest / bñfaciēdi tñ potestas rarius auferit : nā cōsilio pdesse beneficentia semp potest q̄ plurimis : cū sit beneficentia campus latior : ad plures enim patet / compluresq̄ benefaciendi aliis sunt uiæ. ad hæc illi necesse est ut semper ad manum habeat : huic danda est opera non pecunia. In delectu autem conueniunt / nam nec omnibus / nec quacunq̄ in causa / aut pecunia / aut opera subueniēdū. Quis
g iii

enī nisi perditissimis moribus Catilinæ aderit
aut Clodio ⁊ alteri patriæ parricidæ / alteri ince
sto. Quos tutari an est aliud q̄ patriæ manū in
ferre / q̄ iura diuina atque humana uiolare ⁊ Est
etiā modus retinēdus / tēpusq; obseruandū / cū
sit habenda ratio collocandæ operæ / nō aliter q̄
cōferendæ pecuniæ. Videre etiā oportet quanta
opera que cōfertur sit / ne remissior quā causa q̄ p
sona exigat / ne ue dū nimia est / ad uim temerita
tēq; declinet. Quocirca in liberalitate ac bñficē
tia exercēda / habēdi delectus eadē ratio est: eadē
etiā tenēda regula / ne aut remissior sit / aut nimia
quod ne accidat ratio prohibebit / quæ omniū ho
nestarū actionū dux est ac magistra.

DE BENEFICENTIA. ET. EIVS EXTREMIS.

Restat uidere q̄ sit ipsa beneficētia / qui etiā sint qui
ab ea recedūt in alterū extremū abeūtes: nā quia
beneficētia uirtus est / mediocritas sit q̄dā oportet.
Quāq; autē bñficentia ipsi tota fronte male
ficētia opponit: cuiusquidē oīs opera ad malefa
ciendū conferat / tamē qui sic affecti sunt iniusti

potius dicunt: vñ qui ab aliis iniurias prohibet/ q
 nocere nemini uolunt uiri boni/ ciues item pbi di
 cuntur a maioribus nostris. Eosdē etiā innocen
 tes dixere: probitas autem innocentia/ bonitas
 iusticie/ partes qdā sunt. Quo fit ut malefici ad
 iniusticiā relegent. Sed nec beneficentia secerni
 omnino a iusticia pōt/ nā cū hō homini debeat/
 cognatus cognato/ tribulis tribuli: ciuis ciui/ hos
 pes hospiti/ iis opera/ patrociniū/ cōsilioq; adesse
 iura/ leges/ patriiq; mores iubēt. uerū hoc iustus
 bñfico interest q; cū ipse itelligat sese debere/ q
 debet/ q; iustū iudicat/ egenti patrociniū suū cō
 fert. At bñficus nō id respicit q; debeat/ uerū ita
 se instituit/ ut deesse nemini uelit. Sed uirtutes
 ut uitia/ ut morbi/ multa inuicē habēt coia/ sunt
 enī eiusdē tū animi tū corporis/ & genere plerūq;
 cōueniūt. Ad hęc si bñ & male opponūt/ & bñfi
 ciū maleficio aduersat/ bñ facere & male facere/
 ut ipugnēt sese necesse ē. Cū autē in altero extre
 mo malefic⁹ collocet/ i altero collocādus uideat
 q; cū ipse minime omniū noceat/ nemini tñ pdes
 se curet: hūc iofficiosū placet appellare: eritq; ui
 tiū ipsū iofficiositas. videbit fortasse uerbū hoc
 minus usitatū/ sed aliud nō occurrit/ qd rē ipsā
 g iiii

vir bonus
 probus.

improbus

inofficiosus

tam plane explicet . Quid enim est aliud nemi
ni bene facere q̄ nulli officium suum impendere.
præter inofficiositatem autem & maleficientiam
non est quod aliud ex aduerso beneficentiæ op
ponas : nam aut nullam quis alicui operam cō
fert/in quo ab officio deficit/aut malam : & hic
quidem hac in parte nimius est: cum sit uiolen
tus & impotēs : inter malam autē & nullam ope
ram/ bona constituatur necesse est/quæ quidem
q̄ æquabilis est iure medium locum optinet .
poteram & suo quidem ac proprio nomine offi
cientiam dicere: cuius est officii studium/ut
beneficentiæ benefaciendi . Quominus autem
primo statim congressu id opponerem / nō n te
mere fortasse illud obstitit/nequis ut sunt homi
nū quorundam ingenia/hoc ipsum nomen non
ab officiendo sed ab eo quod est officiiū deduci
perperam interpretaretur . Quod si a studiosis
uiris in usu recipiatur/nō est q̄d aut magis appo
situm inueniri queat / aut quod rem ipsam tam
plane explicet . Nam ut beneficentiæ est prodesse
unicuiq̄/inofficiositatis nemini/ sic officientiæ
est q̄ potest obesse:& qui sic affectus fuerit offici
ens/ut experiens/ut constans/ut temperās a qui

bus experientia / constantia / téperantia deducta
 sunt / recte uocari poterit. Accusari auté nullo pa
 cto debemus / si ut calumniantiū spicula libenter
 cauemus / sic hoc ipsum philosophantium arbi
 trio iudicioq; recipiédū nec ne sit permittimus.
 Dicere autem extremorum alterum quidem esse
 nō male facere / sed nimiū benefacere / profecto
 absurdissimū uidetur: nemo enī q̄ benefaciat ui
 deri potest modū excedere. Quin si in hoc pec
 cabitur / erit in delectu ipso peccatum: quippe
 cum non quantam par fuerit / sed maiorem q̄ ho
 nestas tulerit operam / patrociniūq; contulerit
 neq; enim peccat q̄ benefecerit / sed q̄ modum in
 hoc mensuramq; non retinuerit: ut qui conse
 rat longe plus q̄ honestum sit: qua uia in omni
 uirtutis genere peccari potest. Prætera in officio
 sus ut nemini officium suum præstat / sic nemini
 etiam opera sua nocet: maleficus autem operā
 exercet / sed tamen malam / & hoc pacto plurimū
 nocet. Quocirca inter hæc ipsa uitia / beneficen
 tiam ut medium est constituere: nam cum in
 officiositate conuenit / q̄ neminem offendit: dif
 fert ab ea q̄ operam suam præstat: cum malefi
 centia uero habet hoc commune q̄ agit quidem

Modus i reb.

nec cessat ab opera: differt autem. Quid cum illa male agat/eius mala sit opera. Quamobrem inter maleficentiam & inofficiositatem constituta cum sit/recte definietur beneficentia: si eam in conferenda aliis opera mediocritatem quãdam esse dixerimus. Quoniam autem primi hæc prodimus/necq; enĩ a maioribus nostris / præter generalia quãdam de beneficentia sunt tradita / ueniam precamur si quid aut minus usitatum / aut nouũ afferimus / donec meliora / concinnioraq; ab aliis inueniantur.

DVO. ESSE. INOFFICIOSORVM. GENERA.

Est autẽ duplex inofficiosorũ genus alii enim ob innatum torporem naturalemq; hebetudinem benefacere nec sciunt: nec uolunt: qui mihi quidem miserandi potius uidentur q̃ accusandi. alii ob pigritiam / & laborum ac molestiarum fugam: quos nemo unq; accusare satis queat / homines ad desidiã / & uitæ ociũ cuncta referentes qui cũ ad colendã ciuitatẽ/coetusq; hominũ celebrandos nati sint / ita tamẽ uiuũt / ut ne minimũ

quidē laboris ppter ipsū hominū genus suscep-
 turi uideant: qui eo contemptiores habendi q̄
 iidem plerūq̄ uentri ac somno dediti sunt: hōrē
 etiā tertiū quoddam genus est / quos haud scio
 an inter inofficiosos numerem. hi sunt qui cum
 in cōetera quidem uita negocia plurima resq̄ ad
 modū laboriosas gesserint / postea defessi rebus /
 negociisq̄ cedentes / urbanis ac forensibus reli-
 ctis operis ueluti in secessum uitæ quendam sese
 conferunt / ut quod uitæ reliquū est sibi tantum
 ipsis uiuant. Quibus ante acta uita / ueniā fortas-
 se dederit: seu q̄ eiusmodi tempora sint / isq̄ rei
 publice status ut secedere a publicis ac ciuilibus
 curis uiro p̄sertim bono sit honestū. seu q̄ imbe-
 cillitas corporis hoc ipsū exigat. Sed nescio quo
 modo / in hominibus bonis / idem illud qd̄ in ui-
 no exigit: cū generosum quodq̄ ad ultimū sit
 optimū ac p̄batissimū. Equi etiā laudāt nō qui
 circa primos feruēt carceres / sed q̄ postq̄ ad metā
 ipsā peruentū est / uires etiā recentes ostentant.

DE MALEFICIS.

Maleficorum atq̄ officientium sunt aliquot etiam

genera | cum alii nō tā sponte q̄ decepti peccent /
ut qui obsunt cum prodesse uelint. Quorū qui
dem non uoluntas accusanda est / sed q̄ in habē
do delectu / & opera conferenda / non quam de
bent diligentiam & studium conferūt: nam nec
opera uacare debet prudentia | nec actio ratione:
quæ quidem recta esse nequit / ubi negligentes
in habendo delectu sumus: Alii q̄ insolentissi
mū sane genus est hominū / ob animi impotentiā
cupiditateq; immoderatas / dū sibi studeant / dū
suas tantū res agant / totius iusticiæ obliuiscunt
ab ipsaq; natura rebellant: pestes quidem & ur
bium & nationum. Sunt qui uicti precio / ac pol
licitis capti aliis noceant / ut aliis morem gerant
aliorum ipsi affeclæ atq; alienum ad nutum ui
uentes. Quosdam uoluptatis ac iucundi studiū
præcipites ad nocendum trahit qui non nunq tur
piores inueniuntur / q̄ quos utilitatis species im
pulsit. Quidam suapte quadā natura / atq; inna
to uicio / muscarum more incommodi & mole
sti sunt / ut gratuito quidem iuuet malefecisse: ip
si quidē degeneres quosq; natura ipsa ut quosdā
corpore sic animo quodāmodo mōstroso genu
erit. hæc fere sunt maleficorū genera: q̄ quidē ipsa

Altera.

in plures partiri species / quia cuius est facile / nec
 uideo esse necesse / in praesentia omittā: itaq; qui
 inofficiosi sint / qui etiam malefici satis dictū sit.

**BENEFICIUM. HONESTUM
 AC. IVSTUM. ESSE. DEBERE.**

In conferenda autem opera / illud primo uidendū
 est loco ut honesta ut iusta sit / quāq; fieri potest /
 ut aliquando declinandum sit aliquantulū e uia
 ut cum in filii flagitio / paternus amicus / tū pub
 licis tum priuatis ipsius patris meritis adductus
 ad eum defendendū operam suam confert: quā
 ita quidem cōferet ut paterne uirtutis beneficio
 rūq; in se ac rem publicā memor uideatur: neq;
 honestatis immemor factus appareat: nā si lau
 dantur ob clementiam principes qui tamen pub
 licæ iusticiæ custodes sunt / ac uix fieri potest /
 ut clementia nō aliquid detrahat communi illi
 iusticiæ de iure suo / quātō opere uituperandi sūt /
 qui uirtutis ac beneficiorū in se aut in rem publi
 cam collatorum immemores esse uolunt / in ad
 uersis casibus amicorū / cum uideamus sub iu
 stis principibus / & in ciuitatibus bene cōstitutis

etiam scelerosis / & palam conuictis / aut Principum aut Senatus / aut Prætoris iussu / decreto q̄ patronos ac defensores statui / qui causam eorum suscipiant / ne indefensi perire uideantur. Quod igit̄ boni principis & bene cōstitutę ciuitatis decreta statuūt / an gratitudinis amicitiaęq; lex id nō statuet. Videndū tamē ne nimii in hoc simus / ne dū grati / & amicitiaę memores supra q̄ parē uideri uolumus / aperte iniusti efficiamur.

EXEMPLA. QVEDAM. BENE FICIENTIE.

Alfonsum Regem descendere equo / & coenosam in uiam sese inferre nō puduit / ut rustici atq; imbecilli senis prolapsum sub onere Afellū cauda subleuaret. Que res declarat / etiam magnis uiris laudi dandum esse / dū aut res aut casus tulerit / si ad fordidam etiam operam conferendam descenderint. Carolus princeps Nauarræ Ioannis Alfonso eiusdem fratris filius / etiam infimis ac fordidis homuntionibus opem ferre nō recusabat cum ipse morbi cuiusdam / abdita medicamenta teneret.

in fin

NON. EXPECTANDVM. ESSE. D
VM. PETATVR. BENEFICIVM.

Atq; ut petētibus rogātibusq; dū iuste honesteq;
id fieri possit opera auxilioq; deesse nō debent /
qui benefici & officiosi esse uolunt / sic nonnūq;
expectandū nō est dū rogentur / sed mature spō
teq; preueniendum. Quo in genere uirtutis Erri
cus Pudericus Eques Neapolitanus imprimis
mihi dū uiueret / p̄stare uisus est. Idem ingeniū
eadē est consuetudo familiaris nostri Petri cōpa
tris: quos ego noui officiosissimos: qbus nō in
iuria adiūxerim Ptolemeū gallinā Catinensem /
quē senem nō semel uidi p̄ter ætatē / nō solū urba
nos labores / ac molestias / uerū etiā lōgiora itine
ra suscepisse ut amicis notisq; opera sua pdesset.

Erratus p̄de

TVRPE. ESSE. VBI. OPERA. EX
IGITVR. CONSILIO. IUVARE.
VELLE

Ab his quosdā longe diuersos intelligo qui nō so
lū nihil operæ sponte conferant / sed rogati aut
tergiuerfantur / aut cū opera exigitur satisfacere

consilio uolunt: inutile sane amicorum ac ciuū
genus. nec uero negamus plus interdum benefi-
cii publice priuatimq; consilio q̄ opera conferri.
Quis enī ignorat maximas res plerunq; cōsilio
geri / cum uires sine consilio frustrari soleant: sed
turpe ducimus dum locus est opere / consilio uel
le subuenire: quod esse tergiuersantis apparet.

QVE BENEFICVM DECEANT.

Ipsa uero opera cum præstari soleat / aut agendo /
ut cum uel ciui uel peregrino qui ea indigeat / præ-
sentes assumus / seu cum per epistolam aut ratio-
ne alia causas negociaq; commendamus. Aut
consulendo ut cum fraude circūuentis / & in cau-
sa aliqua laborantibus consilio subuenimus.
Vtriusq; uir beneficus studiosus esse debet: utrū-
q; etiam sine acerbitate præstare: cum acerbitas
plurimū detrahat beneficio / cōtra animi promp-
tudo facilitasq; / & quæ sæpius a nobis appella-
ta est libentia / sit nonnunq; opera ipsa gratior.
Iccirco nō solū iusta & honesta esse debet opera
sed facilis / parataq; / & ut ex animo uere appareat
proficisci. Consiliū autē rectum & graue pro re:

Consilium

para

ac tempore: quodq; multa circumspectat: eaq; in
 consulendo persona induenda / ut cum res tute
 rit / nunc monentis / nunc etiam subincusantis /
 aliquando etiam subblandiētis partes suscipiat:
 sine leuitate tamen & contumelia.

**EXERCENDAM. ESSE. CVM.
 DELECTV. TAMEN. ERGA
 OMNE. HOMINVM. GENVS
 BENE FICIENTIAM.**

Nec uero in conferendis beneficiis ullum genus
 hominum excipiendum est: duntamē homines
 sint / non beluæ: quanq̄ nec eodem modo / nec
 eadem in causa cum omnibus æque agendū est.
 cum sit agnati / ciuis / peregrini / nobilis / ignobi
 lis delectus habendus: nec minus iis quibus for
 tuna spirat / q̄ quibus aduersus eius est flatus / be
 nefaciendum sit. Tamen quæ beneficia in aduer
 sis conferuntur / ea mirum est q̄ sint iucunda præ
 fertim ubi præter spem atq; ex insperato eueniūt
 aut cum coeteri amici pedē retrahunt: cuius rei
 rarissimum exemplum præbuit Hiero Syracusa
 nus / rebus Romanorū attritis & Italia rebellāte

hi

Hiero. Syram

Gallis ad Romam diripiendam aduentantibus /
in illa feda & miserabili fuga | Lucius Albinus
cum animaduertisset uirgines uestales de uia / &
sub sacrorū honore laborantes | destitutasq; ho
minū ope, ipse statim exhonerato sarcinis curru
uxore ac liberis | secū pedibus facere iter iussis /
uirgines cū sacris / ut currū ascenderent / impera
uit / & ut quanta maxima possent celeritate sibi
sacrisq; consulerent. Sane pium & admirandum
facinus. Maxime autem imbecillis & humili lo
co natis / ac tenui in re cōstitutis opitulandū est:
atq; eo libentius / quo magis indigent : quo rari
oribus præsidiis subnixi sunt. Docet hoc tum
rerum natura : & ipsa humanitas quæ propria
est hominis / tum instituta legesq; ciuiles : quæ
pauperibus e publica pecunia aduocatos statu
unt : quæ prætores ineundis magistratibus iu
re iurando adigūt / uti pupillorum / uiduarumq;
iura præcipue tueantur. Velle autem complecti /
quot quibusq; modis / ac quibus in causis nego
ciisq; beneficentia uti quis possit / sane difficile
est : minimeq; necessariū / quod ut una absoluam
sententia / nullū esse uitæ genus potest / ad quod
beneficentia non penetret : nullus tam diues

Albinus

*notat pauperibus
nobilitate pecunia*

aut potens qui non alterius indigeat opera / nul-
 lus adeo inops & imbecillus qui non conferre
 aliquid benefaciendo ualeat. Quocirca benefaci-
 endi campus ut amplissimus est / sic in eo sese ex-
 ercere unicuique est permissum. Sed in omni be-
 nefaciendi genere illud præcipue uidendum est /
 ne aliis oblis ut sis aliis commodus: nam quan-
 sæpe accidit / ut quod huic utiliter feceris / Id alii
 uerrat incommode / tamen id non debet tuum
 esse propositum. Illud etiam magnopere im-
 probandum / quosdam non tam studere ut com-
 modi sint / quã ut uideantur uelle aliis commode
 facere / quod leuitate atque ostentatione non caret.
 Sunt qui ipsi quidem ostentare beneficentiam
 suam nolint / sed arte quadam uendere: & hi qui-
 dem captatores dicuntur: quos ut improbissi-
 mos & fallacissimos iure insectantur satyrici.
 Quod quid est aliud quã fallere / & aucupum mo-
 re / escam effundere / ut paulo post irretias?
 Itaque non semel sed iterum ac sepius dicendum
 est / finem ipsum beneficentiæ gratuitum esse de-
 bere / quippe qui proter se tantum quærendus
 sit: neque aliud inde præmium quã recte conscien-
 tiæ expectandū. Quin etiam interdū grauiora rei

h ii

boni facere
 campus latius

captatores

familiaris damna subeunda & in odia etiam aperta incurrendum | ut recte ut officiose facias : neque enim male apud Terentium dicitur : non si mihi sciam omnis mortales inimicos capiendos.

ETIAM. INVITIS. BENEFACIENDVM. ESSE.

Est etiam benefico quotiens ratio ipsa docuerit | idem quod medicis seruandum. namque ut illi quos obstinatis cedere animis egritudini uident | etiam inuitis medicamenta afferunt | & quantum in ipsis est | eos facere saluos student | sic studere hic atque anniti debet | ut consilio | patrociniiisque & publica & occulta prosit opera Nam & si ut dicunt beneficium non confertur in inuitum | tamen non semper id uidendum est | quod illi gratum sit cessurum | sed quod deceat benefecisse | quod sit honestum saluum facere eum qui rebus suis desperans mortem ipse sibi arcessat.

QVIBVSDAM. OCCVLTE. BENEFACIENDVM. ESSE.

Est & aliá quædam ratio beneficentiæ exercendæ
 nam cum sint nonnulli partim ingenio adeo pu
 denti | ut in maximis etiam necessitatibus con
 stituti nihil petât: alii ingenio sic generoso & no
 bili | ut potius uideri uelint | ipsi i alios esse bene
 fici q̄ alienū beneficiū expectare | ne aut illorū pu
 dor aut horū obstet generositas. Quominus be
 nigne cū illis agatur | non palam sed occulto | nō
 recta sed obliqua uia ad eos proficiscendum est |
 ut ipsis magis ignorantibus q̄ ullo modo suspi
 cantibus auxiliū afferatur.

Budonius

Generosi

**BENEFICVM. OBLIVISCI. DE
 BERE. INIURIARVM.**

Omnino magni est animi obliuisci iniuriarum :
 atq; ubi res tulerit | præter spem atq; opinionem
 illis adesse | cum quibus similtates interueniūt:
 aut aperta etiam odia. Quo tempore beneficiū
 ipsū uidetur | eo maius : quominus expectatū |
 eo acceptius quominus debitū: quod Minutius
 declarauit | cū Fabiū Maximū patrē salutauit | de
 positaq; potestate | illius se subiecit imperio.

Minutius

ACCUSA TVR. PERICLES.
ET. NICOLAVS. PONTIFEX.
MAXIMVS.

Periclis nec humanum sane / nec probum factum
declarare nobis potest / non ultimum expectan-
dum esse tempus / sed cito & mature succurrédū
quod enim sero confertur / perinde ac si colla-
tum non esset iudicari potest : nulla namq; sunt
quæ tarde admouentur remedia . Redactus est
Anaxagoras ad ultimam egestatem / ut mori iā
destinauerit / cuius consilio tametsi pericles tum
Atheniensium princeps potissimum utebatur /
tamē in maxima fortuna factus est amici imme-
mor . accessit nihilominus ad eū cū intellexisset
id agere ut mori uellet : a quo ita discessit / ut nō
solum intellexerit sero se penitere / sed male etiā
ab amico iure quidē accusāte audierit . Nicolaus
quintus Pontifex Maximus / dum Constantino
serius succurrit / illum cum Vrbe Constantino-
poli / Mahometo Turcarum Regi trucidandū
obiecit . Recte itaq; usurpatum est beneficium
qui mature contulerit / duplicatum contulisse .
Quod ut potissimum studere benefici debent /

magorad.

o lami Pont. ~.

sic nunquam cōmittere/ ut a quo beneficiis pro
uocati sunt/ uinci se ab eo patiantur : idq; si præ
stare minus poterunt / illud tamen præstabunt
ut uelle / ut id agere præcipue uideantur.

IN OPERA. CONFERENDA.
IGNOTOS. NOTIS. QUAN
DOQUE. PREFERENDOS.
ESSE.

Quantū autē iure quodā naturæ/ nostris q̄ alienis/
ciuibus q̄ pegrinis / notis q̄ ignotis magis deuin
cti sumus/ tamē eiusmodi sese negocia ac tēpora
offerre possūt / ut noto ignotus : ciui pegrinus ali
enus necessario p̄ponēdus uideat̄. Accusant̄ Ve
neri nesciā q̄ recte q̄ peregrinorū ī negociis fore
sibus / in reddēdo iure / uix aliqua in eorū urbe ra
tio habeat̄. Quid turpius / aut iniquus / q̄ ita se &
suos amare ut iusticia ut humanitas excludat̄.
Frācisus (fortia Dux Mediolanēsiū / si publica cō
stituit̄ audiētia exteros & ifimos quosq; primos
audiebat / ciuibus ac p̄mariis uiris p̄teritis quorū
ultimus erat locus. hāc hūanitatē mirifice ab oī
bus p̄dicatā uix hodie inuenias imitari q̄ uelint.

*Veneri in n
gotys forem*

Franciscus sfo

LAVDANTVR. QVI. PVBLI
CE. BENEFACIVNT.

hrolo,
Qd si erga singulos officiosi qui sunt / tantopere
laudantur / qua laude aut potius obligatione
prosequendi sunt / qui publice beneficentiam su
am exercent: qui studium curā / cogitationem
omnem denique operam suam publicum ad
bonum conferunt: quos nō tam sibi q̄ ciuibus
ac rei publice natos: ut ciues ipsi confitentur / sic
illorum actiones palam testificantur. Itaq; ut in
uendicando iure suo prima est patria / sic prima
ac præcipua laus est publicolarū: placet enī q̄ sic
affecti atq; instituti fuerint publicolas appellare

LAVDANTVR. LEGVM. DI
SCIPLINARVM. BONARV
MQVE. ARTIVM. INSTIT
VTORES.

Quocirca uel imprimis ciues ipsi / & hominum
uniuersum genus iis debent qui statuendis legi
bus / aut iis interpretandis / qui instituendis ci
uibus / & ipsi hominum generi / operam suam

atq; ætatem occupant: quorum beneficii est /
 ut quos natura sociauit / ii equabili iure firmi
 us ac concordius uinciantur: ut alienis absti
 nentes suo quisq; contentus uiuat: ut denique
 qua ratione a belluis differimus / ea nobiscum
 inter nos ipsi potissimum utamur: quorū etiā
 industria per labores ac uigilias plurimas / natu
 ræ ipsius arcana / nobis aperuerit / deum osten
 derit / pietatem / iustitiam / continentiam / cœte
 rasq; bonas artes docuerit: res memoratu dignas
 memoriæ mandauerit / ne tanq̄ in tenebris con
 stituti / uix præter ea quæ ad pedes essent / cerne
 remus: ad uiuendum necessaria inuenerit: inuē
 ta ad posteros extenderit / artes excogitauerit:
 morborum remedia conquiescit: disciplinas cō
 stituerit. Quibus effectum est / ut homo mor
 tali conditione genitus / quæ deorum immorta
 lium est / diuinitatem assecutus uideatur: quod
 memores ac grati homines aris / templis / sacrifi
 ciis / statuīs / & olim testati sunt: & hodie testā
 tur / ac testabuntur in posterum. Diximus &
 quidem abunde ut uidetur de liberalitate / de
 largitione / de beneficentia. Reliquum est / ut
 de magnificentia / hospitalitate / munificentia

deq; splendore / ac deinceps de aliis etiam parti
bus quæ liberalitati cognatæ uidentur / eodem
ordine differamus: Et primo quidem de magni
ficentia.

FINIT

DE BENE

FICEN

TI

A.

IOANNIS IOVIANI.

PONTANI.

AD GAB

RIEL

EM.

ALTILIVM EPISCOPV

M. POLICASTREN

SEM.

DE.

MAGNIFICENTIA.

LIBERINCI

PIT.

IN A PROLOGVS.

Magnificentiam / pecunie fructum esse
 qui dicunt Gabriel Altili / recte mea
 sententia / atq; ex ipsa rei cognitione /
 & dicunt & sentiunt: quod publica mo
 numenta / In primisq; portus manufacti / iacteq;
 in mare moles / & Augusta Deorū immortaliū
 templa declarāt: aliaq; item ædificia / quibus ho
 minū utilitati / nec minus etiā saluti prospectū
 uidetur. Peragrasti mecum bonam Italiae partē.
 Vidisti portus in oris maxime fluctuosis / a no
 stris maioribus manufactos. Transisti flumina
 firmissimis atq; longissimis pontibus superstra
 ta: Peruasisti paludes olim maximas / ab illis
 post expurgatas: Balneas admiratus es cōmodif
 simis atq; sumptuosissimis testudinibus conclu
 sas: pruptissima loca / puia effecta satis admirari
 nō potuisti. Mōtes quoq; ad iter faciēdū magno
 labore / maiore arte / maximis sūptibus pforatos.
 Quid his aut cōmodius? aut etiā uite hominū
 salutaris? Itaq; recte atq; e re ipsa pecuniarū fru
 ctū esse magnificentiā dixere. Cū ad communē
 tum ciuium tum peregrinorum late spectet cō

cul manubarii
 oblat Jure
 npla Augusta

ndit
 Indis
 abas
 nnd pforat

moditatem ac salutem ꝑetiam cum uoluptate
 q̄ honestissima. Romā quoq; ad Innocentium
 octauum Pontificem maximum te comite pro
 factus cum essem conciliandæ cum Ferdinando
 Rege pacis gratia (dii boni) tantos illos aqua
 rum ductus / tantam spectaculorū amplitudinē
 totq; aliorum & priuatorum & publicorum ope
 rum pulchritudinem / atq; ut ita dixerim maie
 statem / q̄ perspectissime examinasti / ut iudicares
 ædificiorum magnitudinem / cum Imperii ma
 gnitudine potuisse quodammodo contendere.
 Post de templorum uetustate multa cū dixisses /
 habitus a te est / etiam de religione sermo : quam
 ipse existimares homini a natura insitā / ac mor
 talium generi maxime consulentem. Ad eam au
 tem uim quæ homini a natura esset indita / pluri
 mum quidem ab institutione adiungi : utriq; ta
 men maximam accessionem fieri a templorum
 Maiestate / sanctimoniaq; antistitum : quando a
 pud maiores nostros opera permulta / quæ ma
 gnificentia sunt / Pontificum curæ ac muneri a
 ciuibus permissa essent. Eoq; tandem oratio pro
 gressa est tua / ut ignorare te ꝑfiterere / plus ne ad
 ciuium urbanas commoditates / an ad pietatem

Aquinas dicitur

Comparatio

ac Deorum cultum afferret adiumenti / uenera
bilis atq; augusta sacrarum ædium magnificen
tia. De qua hoc libro dicere aggressus sum / hor
ratu præsertim tuo / qui antistitis fungens offi
cio / deq; ea ut scriberem / & coram perlæpe hor
tatus es / & per amicos etiam flagitasti.



IN. QVIBVS. MAGNIFICEN
 TIA. CVM. LIBERALITATE.
 CONVENIAT. INQVIBVS.
 ETIAM. AB. EA. DIFFERAT.

Magnificentiae nomen ipsum qua
 lis ea sit / declarare nobis potest :
 & in quo etiam a liberalitate diffe
 rat : nam cum a magnis faciendis
 nomen sit inditū / in magnis eam
 uersari sumptibus / par est : neq; enim tenui im
 pensa fieri magna possunt. Quocirca materiam
 ipsā in qua uersat̄ habet cū liberalitate cōmunē:
 neq; enī nisi e pecunia sūptus fiūt: ac tamen si for
 titudo quoq; magna ex se p̄stat atq; efficit / aliis
 tamen uersatur in rebus : fortis enī obeundis pe
 riculis magna facit. At magnificus magnis faci
 endis sūptibus magnus euadit. Quamobrē ma
 guifici quidem opera uidentur / nobiles edes :
 egregia templa : theatra / porticus / iuiæ / stratae :
 moles in mare iactæ : & si qua sunt alia generis
 eiusdem : quarū rerū nihil ad liberalē pertinet : cō
 fert enim hic pecuniā solū ut det : ac dando aliis
 prosit : magnificus autē magis impendit / q̄ dat /

*ra.
 M. m. fortuna*

& sumptuosus potius q̄ dator uidetur / tametsi
sumptus quidem ipsi e dandi sunt genere: & qui
magnificus est sit idem liberalis / quanuis nō ita
tīm qui liberalis est sit & ipse magnificus : si qui
dem liberalitas a magnificentia magnitudine su
peratur. Ad hæc liberalis utilis esse aliis / & com
modus magis studet: cum magnifici plura sepe
ad aliorum uoluptates faciant / ut cum ludos ac
munera in theatris edunt : & publicas uenatio
nes in arena exhibent / qui mos Romanorum
maxime principum fuit. Quanq̄ autem magni
ficus liberalisq; iucūdus est uterq; popularibus :
liberalis tamen propter solam utilitatem / qua
cum cui dat & sepe & multum afficit : magnifi
cus uero etiam propter uoluptatem / nam & por
ticus & stratæ uix cum publica / & priuata utilita
te: & magnifica dona cum accipientis commo
dis sunt / & ludi uenationesq; ac coetera spectacu
lorum genera ciuium uoluptatem atq; animorū
relaxationem: a negociis ac laboribus quærunt:
Ad hec liberalis erga alios non aduersum se libe
ralitatem exercet / cum magnificus etiā sibi sump
tuosus sit / ut cum egregias sibi liberisq; domos
aut amplas uillas ædificat / porticusq; priuatas

di G. mura
n Th. arri
natio nō p̄n
n barina

statuit. Quibus e rebus facile apparet in quibus differant/in quo etiam cōueniant liberalitas & magnificentia . De qua nobis dicendum relinquitur.

DEFINITIO. MAGNIFICENTIE. ET. QVI. SIT. EIVS. FINIS.

Ea ut arbitror mediocritas quædam est in sumptibus & quidem magnis cum delectu faciendis : quanquam nec omnibus quidem/nec eadem uia namq; in paranda classe plurime impenduntur pecuniæ/& quidem belli gratia/& in muniendis urbibus maximi fiunt sumptus/quo ciues ab hostibus tutiores sint. Sed classis comparandæ uictoria/urbium muniendarum securitas ac salus ciuium/finis uidetur/cum magnificentiæ finis sit/ut cœterarum uirtutum gratuitus: si quidem magnificus magna efficit quia per se pulchrum id sit/quia dignum /quia generosum / hoc solo contentus q̄ magna effecerit: q̄q; in illis efficiendis decenter se se gesserit: potest tamē & magnificentæ locus suus esse/in edificâda atq; instruen

da classe, quod M. Antonius qui Egyptum cū
Cleopatra tenuit, declarauit & in construendis
moenibus, id quod Babilonis muri maxima cū
admiratione hominum docuere.

QVE SINT MAGNIFICENTIE EXTREMA.

Recedunt autem ab hac ipsa mediocritate genera
hominum duo : & qui dicuntur modici / cum
non satis pro dignitate ac decore sese gerant : &
qui faciendis sumptibus expleri nesciunt. Quo
rum nomen & si hactenus non satis proprium
habetur, appellari tamen eos uentosos a quibus
dam animaduertimus : licet iidem ipsi etiam in
iis quæ magnificentia non sunt profundendis
pecuniis mirifice delectentur : modicitas autē ip
sa / aut ab animo qui in eis pusillus est oritur /
aut ab angustiis rei familiaris : & illius quidem
uoluntas est in culpa : huius externa uis / & ea
necessitas quæ alumna est inopiæ . Quo fit ut
pauper magnificus esse nequeat : sunt enim ip
sæ diuitiæ instrumentum ad magnificentiā . At
uentositas & uicium illud non dum suo nomine

ri babilonis

diu

no si

Altal Inopu
lūm

2. Mag^{rus} rō nō p^r

fatis expressum inexplabilis profusionis in hu
 iusmodi sumptibus / ab animo totum est. Ac
 tametsi facultates ipsæ defuturæ non sunt quod
 difficillimū uidetur in tanta dissipatione / tamen
 quæ laus eius esse potest / qui modum ac mensu
 ram sponte abiicit / qui nullū denique delectum
 habet? Est enim ut rerum coeterarum sic sump
 tus ratio tenenda / & operum ac munerum dele
 ctus habendus : nam et si magni sumptus magni
 ficum decent quando iis sine fieri magna neque
 ant / nihil tamen iure magnum in iis quæ ad lau
 dem pertinent dici potest qđ modo ac mensura
 sua careat. Peccatur igitur hac in parte primū ꝓ
 nec modi nec mensuræ ratio habeatur. Deinde
 ꝓ pecunie ipse nec quibus in rebus oportet /
 nec honesti gratia effundantur. Quo fit ut nul
 lus omnino sumptibus ipsis delectus adhibea
 tur. Dii immortales quantam pecuniæ summā
 quanta cum turpitudine Nero Domitius Au
 gustus effudit / cum impurissimum illud specta
 culū cōmētus lacum effodit / triremesq; deduxit
 quas nudæ mulieres / nocturno tēpore ad incen
 sos cereos remis agerent. Quid spectaculo hoc
 impurius / aut sūptibus tantis pdicius dicas? Athe

Modus 6 mor
 supra 1

Nero Domitius

niensem Demadem tradūt / mirificam pecuniæ
uim in res turpissimas contulisse / cuius illa una
profusio docere satis potest / q̄ non solum immo-
derate / uerum etiam improbe pecuniis usus fue-
rit / nam lege cautum Athenis cum esset / ne qui
peregrinus ludis publicis in theatro saltaret / mil-
le dragmarum multa indicta ei qui ludos ederet
Demades ludis suis centum peregrinos qui sal-
tarēt mercede conductos in theatrum induxit /
centies mille dragmis exolutis. Quid hac profu-
sione improbius? Nec mihi Alexander Mace-
do probandus omnino uidetur / cum Proma-
chum bibacissimū hominem uictorem in uini
certamine / talenti corona donauit. An cuiq̄ uide-
ri iure potest / dignum id precium fuisse tam fe-
dæ uictoriæ? quanq̄ funebris illum pompa in
qua hæc gesta sunt. excusare aliquo fortasse mo-
do potest. Varius Augustus qui Heliogabalus
agnominatus est / naues honustas mergi in por-
tū iussit / magni animi id esse dicens. Quo quid
uanius dici possit / uix intelligo. Caius qui Tibe-
rio Augusto successit intra annū / opes illas im-
mentas a Tiberio cōgestas ac uicies septies mil-
lies sestertium absumpsit. Quid mirum qui Li

madus Ato.
ludis suis

x. macedo in
e. machu

uind Augustus

zibe. succellor

burnicarum nauium gemmatis puppibus / ac di
 uersicoloribus uelis uteretur / in quibus etiam
 termas porticus ac triclinia magna laxitate sta
 tuisset / uitibus etiam ac pomiferis arbusculis
 dispositis quarum umbra de die tectus / atq; in
 ter choros & cantus litora campaniæ comessabū
 dus discurreret. Idem in extruendis prætoris ac
 uillis nihil pensi habuit : excisæ rupes durissimi
 silicis. Montes alibi ad planum usq; subuersi. ali
 bi terræ aggestione campi montium iugis æqua
 ti. Moles iactæ profundo & æstuoso mari . atq;
 hæc omnia tanta celeritate / ut capitale esset cau
 sam tarditati dedisse : deniq; ad ea efficienda in
 tentissimus erat / quæ quidem fieri nequaquã pos
 se ex aliorum iudicio intelligeret. His exemplis
 abunde manifestum fit / huiusmodi homines
 perdere pecuniam / & per infamiam dissipare / nō
 ea magnifice uti : atq; id totum quod agunt ad
 turpissimam uoluptatem ostentationemq; refer
 re / dum aut magni animi uideri uolunt / aut di
 uitias suas ostentant / non minus turpiter / q̄
 inaniter : a quibus quidem ipsis delectum nullū
 haberi / multa docent / quippe cum in iis quæ
 aut parum honesta sunt / aut quæ publice priua

Symon pup
 nanni htm

hutilissimi /
timue nullo modo conducunt / aut in quibus ni-
hil ueræ laudis / nihil inest decori / effusissimi
sunt: ac tamen hæc ipsa fortasse insunt / tamen
dum ostentare pecunias & facultates suas uolūt
atq; ad sui admirationem trahere multitudinem
student / alium q̄ qui magnificentie esse debet / fi-
nem / quærunt: & præter modum ac decus pluri-
ma effundūt: cum iidem ipsi / in quibus largos
esse par esset / manū sepe contrahant. Quid q̄ in
paruis persæpe / & in quibus minime decet / supra
q̄ par est / multa conferūt / in magnis autem / nūc
nimii / nūc remissi ad modū sunt / adeo nihil cū
ratione agūt / nihil retinent pensi. his dictis ad
magnificentiam redeamus.

MAGNIFICENTIA M. MEDI
OCRITATEM. ESSE. IN. MA
GNIS. SVMP TIBVS. FACI
ENDIS.

Ea quoniam mediocritas quædam est ut dixi: ac
satis constat magnificum ipsum / ut pro decore
ac dignitate agat / magnum se & quidem in ma-
gnis sūptibus prebere debere / placet hac in par-

te; & hoc potissimum loco quærere / quo nam
 pacto / si magnum eum esse / & in magnis uersa
 ri sumptibus oportet; mediocritatem secutus
 ac retenturus sit; cum acuti quidam magis q̄ do
 cti homines; nimis etiã superciliose contendant;
 mediocritatem / ac sumptuum magnitudinem
 nullo modo posse simul consistere. Mediocrita
 tem nimirum a medio duci / nomen ipsum indi
 cio est; qui enim in actionibus ita uersatur / ut
 neq; in hanc neq; in illã partem a medio declinet
 eum mediocritatem secutum dicimus. Qd si me
 dium hinc atq; illinc declinationem habet / ne
 cesse est ut & ipsũ latitudine cõtineat̃. Ipsa autē
 latitudo cū de genere quãtitatis sit; indicio est &
 mediũ ipsũ generis esse eiusdem. porro magnũ
 & paruum ad idem genus referuntur: Quo fit
 ut cum medium magnumq; eodem continean
 tur genere; mediocritas quæ a medio ducitur ad
 quantitatē referenda sit; ex quo plane consequit̃
 ut in magnis etiã sumptibus sit mediũ inuenire
 quod qui sequatur iuxta mediocritatē idem ipse se
 quatur necesse est: nihil autē magnũ / cuius nõ
 sit mediũ aliquod; neq; ulla sine medio magnitu
 do est. Ad hæc si parũ ac nimiũ quæ quantitatis

empho

quidem sunt / dicuntur ratione mēsuræ / omnis enim quantitas mensurabilis est / & magnum quoq; cum mensura cōprehendatur | dimensio nē suā habebit. In omni autē dimēsiōne est plus ac minus inuenire / ergo & mediū qđ inter utrū q; cōstituit / cū in neutrá partem recedat: idq; in magnis etiā impēlis cōtingere necesse est. Quo circa etiā in magnis sūptibus in qbus magnific⁹ uersat / mediocritas sequēda est / q̄ ut coeterarum uirtutū sic etiā Magnificentiae moderatrix est.

**QVIBVS. IN. SVMP TIBVS. MA
GNIFICENTIA. VERSETVR.**

Cum autem magnos fieri sumptus pluribus in rebus contingat / uidendum relinquitur / quibus in rebus Magnificus pecuniam suā impendat : quā nō solū libenter ab eo impendi / uerū etiā singulari cum uoluptate & studio uolumus : delectant enim pulchra & magnifica : quid autē pulchrius ac delectabilius q̄ magna facere : quæ si delectant / cum sūmo etiam studio ut fiant necessariū uidet. Impenduntur autem pecuniae ut dictum est pluribus in rebus / ut in comparandis

prædiis / quod é locupletis & boni patris familt
 as: ut in coemendis mercibus quod est diuitis
 mercatoris / in quibus quidem plurimi ac maxi
 mi fiunt sumptus / quod tamen magnifici non
 est / cum sint eius magna potius tum opera tum
 dona: a quibus magnificus dicitur: quanuis au
 tem in magnificis operibus potius ac libentius
 uerfetur / tamen in magnis etiam conferedis do
 nis animi sui magnitudinem nõ minus sæpe q̃
 libenter ostendet. Erit igitur hic magnifici uiri
 campus / in quo & animi magnitudinem exerce
 bit / & sumptus magnos illos quidem faciet / ac
 tum facere se / tum fecisse letabitur.

Magnitudo

**MAGNIS. SVMP TIBVS. OPE
 RA. IPSA. RESPONDERE. DE
 BERE**

Ipsa auce[m] animi magnitudo quam inesse magni
 fico dicimus / non solum in faciêdo sumptu / ue
 rum etiam in ipsis quæ fiunt operibus perspici
 tur: quæ magnitudinem ipsam ut testetur oportet.
 Quocirca imprimis uidendum est ut ea sup
 ribus respondeant: sintq; ut sumptus magni / &

reguland
ipsa quidem magna ac digna sumptibus iudicetur : siquidem uanū esset / & multa reprehensione dignum id committere / ut quæ magnitudo in sumptibus perspecta est, ea in operibus propter quæ tanti facti sumptus sunt / non solū non perspicatur / uerum etiam ab omnibus desideretur : quin etiam id esse magnifici ingenium / & uoluntas / & studium debet ut dum operis dignitati consulat / sumptuum ipsorum obliuiscatur / quippe qui id solum cogitet / qua ratione susceptum opus quod pulcherrimum euadat : cum sit modici hominis pecuniæ in iis parcere / ac cõputandi & comparcendi ratio sit ab eo lōge aliena : neque enim aliter opera ipsa euasura sunt cū dignitate & decore : quin etiã id studedū ac p̄standū est / ut illa uisibus ac cõtēplātibus admirationē pariatur : quod Virgilius quoque uult ostendere / cū ait / mineque murorū ingentes æquataque machina cælo.

IN.FACIENDIS.ETIAM.SV
MPTIB.VS.HONESTATEM.
SEQ.VENDAM.E.SSE.

Sumptus autem ipsi suscipiendi sunt honesti gra

tia / quod ut uirtutibus cœteris sic magnificentie
 propositum esse debet / secus enim ne opera qui
 dem ipsa probari recte possunt : ut cum Alfon
 sus decreuit nouis atq; amplis muris Neapolim
 cingere / clam tamē id studeret / ut noua uectiga
 lia ratione hac ciuibus imponeret : quæ res non
 nihil de illius beniuolētia & gloria detraxit. Sed
 nec laudari quibus honeste suscepta possunt opera
 si quæ in ea cōferunt pecuniæ / per rapinas ac ci
 uium iniuriā cōparent. Robertus princeps Saler
 nitanus cū magnificam Neapoli domū ædificaf
 set / ad cædendā / comportandāq; e Lucania ma
 teriā / auare atq; impotēter popularibus suis usuf
 dicit. Cōtra Vrsus Nolanus ea iusticia usus est.
 ut ne lapis quidē unus in Nolanas illas ædes a
 se inchoatas nisi soluta mercede cōiectus fuerit :
 tamen si Robertus famā quidē liberalis p̄cipis
 sibi uendicarat. Vrsus autē astrictior habebatur
 Edificasse egregias quasdā domos & uillas Bor
 sium Extensem de Ferrariēsisibus audio / quibus
 familiares quosdā suos donauit. Quis hoc non
 laudet / donandi tamen atq; ædificandi causa / nō
 caruit turpitudine / si quidem conciliatos illos
 ei per florem ætatis satis constat.

Alfonsus

Robertus saler

ursus nolanus

Borsius (Ferrariensis)

IN. FACIENDIS. SVMP TIBVS
SEQVENDAM. ESSE VTLITA
TEM. ETIAM. PVBLICAM. ET
ORNATVM. RETINENDVM.

Videre etiam oportet non modo ut honesti gra
tia sumptus suscipiantur / careantq; iniusticia /
uerum ut in ea conferantur opera / quorum usus
cum utilis ac necessarius uideatur / tum ratio cur
suscepta fuerint / probari iure possit : profunde
re enim multā pecuniam / in quæ minime opus
sit / quæq; nullius sint usus / hominis est incōside
rati / atq; ingenii parum compositi. Multa tamē
a principibus ciuitatum ac Regibus fiunt / non
tam utilitatis atque commodorum gratia / q̄ ip
sius ornatus / unde qui magnificentiae student /
aspectui plurimum consulunt : quanuis & opera
quidem ipsa quæ publicæ utilitatis suscepta sint
gratia / dum ea sint quæ ad magnificentiam spe
ctent / magnitudinem quoq; pre se ferre debeāt /
& speciē illā quæ decorē atq; ornatū referat. Tu
lere laudē Romanorū quidā principū e cloacis
quarū ut usus solus q̄rit / sic nullus exigē orna
tus. Amplitudo tamē ipsa / & excursus spatiosus.

firmæq; concameratio possunt auctorem de magnificencia commendare : & quanq̄ cloacæ quidem ipsæ carent ornatu: non mediocri tamen ornamento sunt urbibus.

QVIBVS. REBVS. COMPARE TVR. DIGNITAS.

Cum igitur magnificentia in sumptibus magnis illis quidem faciendis uersetur necesse est: hanc ipsam magnitudinem cum primis sumptuosam esse / etiam cum dignitate / sine qua nec admirationi esse / nec commendari recte potest. Dignitas autem ipsa rebus his præcipue comparatur / ornatu / amplitudine / materiæ prestantia / operis perennitate / nam sine artificio / nihil neq; paruū neq; magnum laudari recte potest. Quod enim caret ornatu ac pusillum est / quodq; uili constat e materia / nullamq; perennitatem promittit / magnum profecto neq; esse potest / neq; haberi iure debet. Et in ornatu quidem cum hic maxime opus commendat / modum excessisse etiam laudabile est / cum uideamus naturam ipsam ornati ac pulchritudini mirū in modū studuisse:

Perennitas

quod in amplitudine ubi ea exuperantior fuerit
laudari non potest / cum detrahat operis digni
tati / nec auctorem operis minus q̄ Architectū
accuset: singulis enim in rebus modum ac men
suram inesse par est . In materia quoq; multum
est collocatū / quę ubi uilior / ac minus spectata
fuerit / detrahit auctori / qua in parte minime de
cet / siquidem in auaritię suspicionem eū addu
cit / quod eo est deterius / q̄ magnifici propriū est
nō id uidere aut curare quanti quid ueniat aut
qua uia pecunię parcat / sed ut opus q̄ pul
cherrimum euadat . Robertus princeps Salerni
tanus non mediocriter accusatur / q̄ in edibus
Neapolitanis multa e lapide ignobili que mar
mor requirerent / fieri passus sit / quod Antonel
lū filiū eius accusantem nō semel audiui / cū id se
emendaturum diceret . Perennitati quoq; prospici
endum q̄ sit / docere illud potest / q̄ nominis
ac famę perpetuitati generosissimus quisq; præ
cipue incētus est : cuius etiā cupiditas homini est
insita : ad hæc ædificia p̄sertim publica / quo diu
turniora sunt / eo maiorem laudem ædificantī af
ferūt . Quibus autē rebus perennitas ipsa aut cō
stet / aut cōparari possit / deq; his omnibus supri

Robertus . salern.

non nullus

lius differere; aliarū est facultatū / quarū tamen rerū magnificū ipsū / studiosū ac scientē esse oportet / quādoquidē turpe est ignorare quibus rebus ad id perueniendum sit / quod assequi sūmopere cupias. Et scire quidē / id qd artis propriū est / si ē artificis / quāto magis qui uirtutes sectat / qui magnis rebus intentus est rerū ipsarū habere cognitionē decet. nemo enī insciēs agere recte potest. Nec si qd casu aut temere recte successerit / ea laus agentis est. Quocirca magnificū ipsū / & harum rerū studiosū esse decet / & imprimis scire quid se dignū sit. Est autē Magnifico dignū non in paruis modicisue / sed in iis que & sint & uideantur magna cū dignitate se se gerere.

**RATIONEM. DIGNITATIS.
IMPRIMIS. HABENDAM.
ESSE.**

Ipsa autē dignitas de qua nūc agimus / nec uno modo cōsiderāda est / & pluribus simul rebus cōparat / nā & auctoris p̄sone ratio habēda ē / ac uidē de facultates / ne ridiculus fiat / si aut sui maiorūq; obliuiscat / aut operi incepto facultates maxime

impares sint. Decent enim Reges regia / & ma-
gnos sumptus facere eius est cui pecuniæ affa-
tim suppetant. Secus autem agere quid est aliud
q̄ a recta ratione longius deflectere? Belflorius
Siculus homo non indoctus ingenio tamen nō
fatis constanti / cum nō malam pecuniæ summā
sibi comparasset / senex iam magnificam Catinę
domum inchoauit: in cuius iaciendis fundamē-
tis omnem illam summam absumpsit: qua ab-
sumpta cum ab incepto destitisset / accusareturq̄
a familiari quodam suo / q̄ tantam molem quæ
regias facultates exigeret uir priuatus & haud
magna cū re aggressus esset. At inquit hoc ipsū
ago / ut ubi e uita excesserim / magnum quendam
me fuisse uirum his e fundamentis posteris suspi-
centur. Vanum sane ac ridiculum propositum.
Videndum est igitur ut sumptus pro facultati-
bus fiant: & opus ipsum auctorem deceat. Lici-
nius ille tonsor quāuis ditissimus effectus esset /
sepulcrumq̄ eius facultatibus responderet / ætas
tamen illa nihil indignius iudicauit q̄ ignobi-
lissimū hominem iacere tam regie / unde rei ob
indignitatem poeta ille: marmoreo Licinius tu-
mulo iacet. at Cato paruo. Pōpeiū nullo. cre

Belflorius Siculus

*uuln' ppositum
uinus illi. Tomor*

dimus esse deos? Et hæc quidem retinendæ di-
 gnitatis | quam quibusdam placet appellare de-
 centiam | consideratio prima est. Habēda est etiā
 operum ratio | ut digna ipsa sint. Ac mihi quidē
 dignitas operum uidetur duplici modo quæren-
 da esse | Altero si quæ opera digna factu ac sus-
 ceptu sunt | facienda suscipiantur | altero si ubi di-
 gna ipsa uisa fuerint | accedat dignitas illa | quam
 ex amplitudine | materiæ præstantia | ornatu | per-
 ennitate | artificioq; comparari atq; accedere ope-
 ribus ipsis diximus. Locus etiam ipse ubi quid
 ædificetur | & tempora ædificandi consideranda
 sunt | nam & loca & tempora dignitatem afferū-
 si eorum ratio habeatur | contra indignitatem ac
 recte sentientium hominum accusationē pariū-
 si negligatur. Athenis in arce: Romæ in capito-
 lio | Athenienses palladi | Romanus Rex templa
 Ioui posuit | magna cum dignitate locorū ipsoꝝ
 Hannibale rem Romanam uexante quid fieri
 potuisset indignius q̄ edificādi in urbe Theatri
 aut sternendarū per Italiam uiarum curam susci-
 pere? quæ quidem non calamitosorum sed feli-
 cium sunt temporū: siquidem in publico luctu
 iustitium indicitur | non exornatur scena. Viden-
 Ki

Deum

Athenis in arce

Iustitium

dum etiam non solum ut habeatur ratio & cul-
tatum in suscipiendis operibus, uerum ut sum-
tus ipsi, ut quidem fuerint sic etiam appareant
magni, intelligaturq; ut dictum est cum uolup-
tate fieri, & quidem tanta, quæ dum operi intē-
dit, dum pulchritudini atq; ornatui prospicit,
indiceret despicientiam quasi quandam pecunia-
rum effundendarum. Tradunt Cosmum Flo-
rentinum sæpius ad se uocare consuesse fabros
operarios, architectoseosq; blande ac comiter al-
loqui atq; hortari solitum non solum ut probe
uerum ut propere operā nauarent. quid cessarēt
ac si pecuniæ uellent sue parcere? Ex his potissi-
mū rebus, atq; in his q̄renda ac cōsiderāda mihi
dignitas uidet̄ & q̄ a nōnullis ut dixi decētia uo-
cat̄. Ut autē hæc ipsa pariūt dignitatē, sic digni-
tas undiq; sibi cōstans admirationē. Magni enī
sūptus, & opa ipsa magna, eadēq; ex egregia & pe-
grina materia, artificiose, uarie ac decēter ornata,
locis edicis imminētia, firmiter & ad p̄petuitatē
posita, nō ipsa modo cesent̄ admirabilia, uerū
auctores ipsos admirabiles faciūt, quos æque ge-
nus omne hominū laudibus etiā mirificis prose-
quat̄. Quid q; edificia ipsa ubi eiusmodi fuerint

mul florentinū

remotissimis e terris homines ad sui spectaculū
atq; admirationē trahunt/ ac tum poetas cū rerū
scriptores ad sui cōmendationē inuitant.

QUE SINT MAGNIFICI VI RI OPERA.

Que autē opera magnificorū sint ppria/ distincti
us dicēda sunt: quorū alia publica sunt: alia priua
ta: publica ut porticus/ tēpla/ moles in mare iacte
uie strate: theatra/ pontes & eiusmodi alia: priua
ta ut ædes magnificæ/ iuc uillæ sūptuosæ, curre/
sepulcra. Quo fit ut q magnifici sunt / in illis p
cipue uersent operibus q̄ diutius sint p māsura.

Quo enī diuturniora eo p̄clariora sūt / & eorū q
dē usus quo diuturnior eo magis & opera & au
ctores ipsos cōmēdat Nō satis habuit Cesar ex
iccare Pōtinā paludē : qua e re mirū in modū ui
cinis populis cōsultuit/ sed per mediā illā strauit
uiā pōtib; plurimis erectis quo iter in urbē &
breuius esset & cōmodius. Quorū uestigia cū ho
die quoq; singulari cū magnificētia pluribus in
locis extent/ ipsa etiā ruina admirationi uidenti
bus atq; cōtēplātibus sunt. Imperator Claudius

Kii

Pomina paludē

Claudius Imperator

triginta hominū millia undecim annis in opere
continuo habuit / dum Fucinū lacum emittere
studet / qui finitimos agros sæpe numero inun-
dabat : manent nunc quoq; uestigia / & beneficiū
multis etiam seculis permanebit Quid admira-
bilius inter Urbis Romæ monumenta / q̄ tota
quarum ductus / quorum altitudo quibusdam
in locis pedum centum nouem fuisse traditur .
Prodicum est memorie Constantinū Augustū
quo moles illa bizantina diuturnior futura esse
elitore Baiano / Puteolanum puluerē nauibus
comportandum curasse / ut eo calci immisto stru-
ctura esset solidior / adeo pecuniæ non pepercie
Apulia / Samnium Campania / testatur magnifi-
centissimos Neruæ ac Traiani sumptus in uis
sternendis / in pontibus faciendis / singulis pas-
suum millibus columna erecta / qua passuum nu-
merus notabatur . Memoria mea multis in locis
inter Baianas atq; Puteolanas ruinas fistule plu-
bee miræ crassitudinis inuentæ sunt in quibus
Claudii Augusti nomen scriptum erat . Vesti-
gia enim ipsa lateritie substructionis / in Sarnen-
sibus Nolanis / atq; Acerranis finibus / ac tum
supterranei specus / cum montes pluribus locis

in unum lacum

in do aquarum suri

in unum

in olam pulvis

rua & Traian)

*ndy. Aug. nom.
Fistula pluribus*

perforati ostendunt a quadraginta millibus pas-
 suū continuatum & quidem amplissimum aqua-
 rum ductum / qui Neapolim primo / deinde Pu-
 teolos / Baias / Cumas / & sparsa p litus ædificia
 deriuatus est. Quid thermas referam a Roma-
 nis principibus ædificatas Rome aut in Baianis
 Cumanisq; litoribus ? quid portus manufactos
 ut Hostiensem atq; Pirgensem. Quid molem
 illam Iuliam Lucrinum ad lacum ? Et ut inquit
 Virgilius / tot munita manu præruptis oppida
 faxis. Annibal murorum magnitudine deter-
 ritus / mutauit consilium obsidende Neapolis /
 nam Babylonis muri inter illa orbis spectacula
 referuntur. Refertur ad Marcum Cocceium (ne-
 sciã an is fuerit Marcus cocceius Neruæ Augu-
 sti auus / qui Rome aquarum curam habuit / tulit
 q; maximam Architecturæ laudem) refertur inq;
 ad hūc siue ad alium Cocceium / cripta Neapoli-
 tana / sic enim ab accolis uocatur / mirū quidem
 opus & iter facientibus commodum. Extat alte-
 ra etiã cripta / quæ Seiani dicitur / qua parte Pau-
 silipus mons in mare protenditur / cuius transi-
 tus ob ruinas impeditus est. In argro Cumano
 & secūdum Auernū lacum / simili opere duobus

Thermæ

Portus Hostien-
 sis & Pirgensis
 Mole Iulia

Muri Babylon

Cripta Neapolitana

Cripta Seiani
 Paulilippus

in locis nobilissimæ extant criptæ quas uestu-
stas magna ex parte confecit. Que quidem mi-
rum artificium / ingentes sumptus / magnum pub-
lici boni studium præ se ferunt. Inuenio apud
bonos auctores Carolum Gallorum Regem co-
gnomento magnum / Rheni ad Maguntiam ri-
pas ponte iūxisse / qua parte quingentos passus
fluminis latitudo patet. Ad urbis magnificenti-
am & ciuium ac etiam peregrinorum usum plu-
rimū contulere tot porticus tum a priuatis ciui-
bus / tum a principibus factæ. Nec in urbe solū
Roma sed in diuersis Italie locis amphiteatra
extant quibus maiori e parte diruta / quibus edifi-
candis nullos ætatis n̄æ Reges satis esse dicas
Ruine Baiani ac Puteolani litoris deterrere ab
ædificando locupletissimos quosq; possunt.
Eratenostri Cosmus Florentinus imitatus est
priscam magnificentiam / tū in condendis tem-
plis ac uillis / tum in bybliothecis faciendis / nec
solum imitatus / sed ut mihi uidetur is primus
reuocauit morem conuertendi priuatas diuitias
ad publicum bonum atq; ad patriæ ornamentū
quem nō pauci quanq; minore in re cōstituti imi-
tari student. Sūptuosissimus fuit in cogendis li-

lul galloz roy

phm ara

ul flo.

bris Ptolemæus / statuendaq; Alexandrina by
 bliotheca. Tulit Lucullus inter alias splendoris
 ac magnificentiæ laudes hanc quoq; comparata
 numerosa & ornata bybliotheca / quæ cunctis
 pateret / statutis etiã porticibus ad deãbulandũ.
 Parũ cõtectus Augustus tẽplũ illud nobilissimũ
 Apollinis in palatio ædificasse & forũ cum ede
 Martis ulctoris / edeq; tonãtis Iouis in Capitolio
 ac porticũ cũ latina grecaq; bybliotheca / multa
 etiã de sua pecunia alieno sub noie ædificãda cu
 rauit: ut porticũ basilicãq; sub Lucii & Caii noie
 Itẽ Liuiæ & Octauix: ac theatrũ Marcelli. Quin
 etiã ad coercedas Tiberis inundatiões / eius alueũ
 non solũ repurgauit / sed ripas quoq; / quo liberi
 or cursus esset laxauit. Viã item flaminia Arimi
 nũ usq; muniuit. Ad hæc ædes sacras uetustate
 collapsas aut incendiis absũptas restituit / restitu
 tasq; opulẽtissimis donis ornauit: siquidẽ ut Sue
 tonius refert / in Capitolini Iouis cellã / sedecim
 millia podo auri / gẽmasq; ac margaritas quingẽ
 ties sestertiũ una donatione cõtulerit. Quin etiã
 principes tũ ciuitatis ad magnificentiã hortatus
 est / in iis Marcũ Agrippã / a quo cõditũ Rome
 tẽplũ etiam nũc integrũ extat: hæc sũt publi
 Kiiii

Lucullus

Augustus

*basilica sub
 rij & Caij noie*

Theatrũ marcelli

uia flaminia

Suetonius

M. Agrippa

corum monumentorum exempla / in quæ uide
tur magnificentia exercenda. Reliquum est ut
aliquid etiam de priuatis dicamus : nam et si ma
gnificètia in publicis maxime operibus enitescit
tamen tum urbanas ædes / tum uillas magnifi
ceac pro dignitate structas / exornatasq; habe
re magnificum uolumus / quæ & urbi sunt orna
mento / & domino pariunt auctoritatem : ad hæc
qui diuitiis affluat / qui sit e principibus ciuita
tis / huic sordida & angusta domus dehonestata
mento est : uidetur enim indicium esse tum aua
ritum abiecti animi : parcius tamen propter hunc
ipsum Augustum loquimur quem modicis ha
bitasse edibus constat grauatam ampla & ope
rosa prætoriam quippe quem Suetonius referat
diruisse ad solum / ea que a Iulia nepte profusius
extructa essent. Contra Iulius Cesar uillam a se
magnis sumptibus in nemorensi edificatam at
q; absolutam / dirui iussit / q; animo suo non ple
ne satisfaceret. Refert Cicero multum contulisse
auctoritatis & gratiæ inter ciues Caio Octauio
q; domum magnificam edificasset. Ad Cosmi
auctoritatem addidere plurimum tum uille di
uersis in locis ab ipso ædificatæ singulari cum

ata Magna

gustus

itar

70

num flor.

magnificentia, tū domus in qua condenda per
 uetustum atq; obliteratum iam structure morē
 modumq; reuocauit, qui mihi id uidetur egisse,
 ut discerent posterī qua uia edificarent. Nero
 Augustus in iis omnibus fortasse etiam nimius
 fuit; cuius magnitudo, tantumq; magnificentię
 studium accusandum non est, illud desiderandū
 potius ut modum in iis retinuisset. Caius Me-
 cenas tum in aliis multis tulit magnificentię lau-
 dē tū in turri illa editissima quæ a posteris Me-
 cenatiana dicta est. Perusīæ, Senis, & in aliis qui-
 busdam Italiæ urbibus quæ hodie etiam manēt
 editissimæ turres præ se ferre uidentur laudi fu-
 isse datum egregiis ciuibus quadratam turrim
 erexisse: qua in re uidentur mihi de altitudine
 potissimum, inter se contendisse. Sepulcra inter
 priuata numeramus opera, q; ea aut unius sunt,
 aut singularū familiarū, mirū tamē in modū ad
 urbium ornatū conferunt: quæ maiores nostri
 sacra esse uoluerunt: ea mirificam quandam uim ha-
 bent excitandi ad uirtutem & gloriā, præsertim
 ubi benemeritis posita sunt: tantum tamen po-
 tuit iniquitas temporum & hominum ipsorum
 ignauia atq; improbitas, ut in eorū ruinas ætas

Nero Aug.

Caius Mecenatiana

Turris m. n. n.

sepulcra m.
natis

superior / tanq̄ instructo milite / ac tormentis ere
ctis irruerit / adeo per totam Italiam passim diru
ta & prostrata iacent : in quibus quidem statuen
dis uidentū est / ea ut ratio habeatur / qua famae
tū eius cui statuitur / tū eius qui statuit recte con
sulat . Mausolei ac Pyramidū fama nisi cū ipsis
literis nō extinguet̄ . Mos fuit et quidē p̄batif
simus extruēdorū siue tropheorū siue arcuū qui
hodie triūphales dicunt̄ : quippe qui essent rerū
gestarū monumenta in quibus quāta magnificē
tia maiores nostri usi fuerint / arcus ipsi docent .
Quid admirabilius marmoreis illis colūnis que
duæ Rome sunt relique : quæ mihi quidē tū ob
altitudinem / tū ob sculpturæ elegantiam ac ua
rietatem & ob ipsam imprimis raritatem / uiden
tur non urbi solum / sed orbi ipsi ornamento esse
posse .

ENVMERATIO. QVORVN DAM. MAGNIFICORVM.

Quauis autem in his explicādis paulo fuerimus
longiores / placet tamē quoniā de iis operibus q̄
magnificorū sunt disseruimus / quosdam etiā ex

usolvi ac pyrami
m fama

tophia, arcus,

Colūm. whg

ipforū magnificorū numero referre | ne suis eos
 laudibus omnino defraudasse uideamur. Pom
 peius omnes sui temporis hoc genere laudis su
 perauit | structa porticu nobilissima theatrōq;
 magnificentissimo. Augustus Cæsar condēdis
 aut instaurandis tēplis | exornanda urbe omni
 genere magnificētīæ | adeo excelluit ut iure glo
 riatus fuerit | Urbē se marmoreā relicturū | quā
 lateritiā accepisset. Claudius Cæsar ducenda in
 Urbē aqua quæ ab eo Claudia dicta est | multif
 q; aliis operibus claruit. Nero Cæsar etiā nimi
 us in toto hoc genere fuit. Domitianus uiderē
 cū superioribus Augustis uoluisse de magnifi
 cētīa certare. Traianus ut in nullo genere laudis
 sic in hoc passus nō ē | se ab aliis superari nisi Ha
 drianus filius | & patrē | & omnes qui unq; fuere
 lōgissime antecessisset: cuius operibus cū orbis
 terrarū magnificatus atq; illustratus esset | ipse in
 uno tantū Traiani patris templo nomen suum
 inscribi uoluit: nec uero minor fuit Hadrianus
 instaurandis ueterū ædificiis | q̄ nouis a se con
 struendis. Quod exemplum secutus est etiam
 Seuerus Augustus | qui omnes ædes publicas
 quæ uitio temporum labebantur instaurauit.

Popeius

Aug. Cæs.

Claudius Cæs.

Nero Cæs.

Domitianus

Traianus

Hadrianus

Seuerus Aug.

Inter Grecos autem maximam uidetur laudem
tulisse Atheniensis Nicias / nam in Pericle non
paruum fuisse magnificentiae studium signi-
ficare hoc potest / quod uocatus a populo in iudici-
um ob plurimos aedificiorum sumptus / sint in-
quit mihi ipsi / non populo Atheniensi / tanti
sumptus facti / meumque operibus ipsis nomen
inscribam. Artemisia mulierum omnium ma-
gnificentissima merito dici posset / ni forte lau-
dem hanc inuidere ei uelit Semiramis Assiriorum
Regina. Egyptiorum atque Assiriorum Regum
magnificentiam testantur Pyramides. Epostero-
ribus Augustis / Probus Impator mirum in mo-
dum laudatus est quod diuersis in locis / portes / templa /
porticus regias construxerit : multorum fluminum
hostia patefecerit / paludesque exiccauerit : quin
etiam in sepeliendo A radione / quae singulari certamine
uicerat / animi magnitudinem testatus est / structo
sepulcro cuius latitudo trecetorum esset pedum. Dio-
cletiani etiam non pauca extant Rome atque in Dalma-
tia monumenta Theodosius quoque iter magnifi-
cos principes iure collocandus est / tametsi capta nup-
Constantinopoli / multa eius monumenta Turca-
rum immanitas diruit. Federicus Siculus / arces / tem-

tas Ath.
iclus

in m. m. m.
in ramis

bus Imp.

ultrū Aradiōis

clunianus
o do bus

de r. u. l. s. r. u. l. s.

pla Regias etiam plurimas magnificentissime a
 se factas reliquit in Apulia / Calabria atq; Sicilia
 Paulus secundus Pontifex Romanus Splendo
 rem quidem maximū atq; elegantiam pluribus
 in rebus declarauit / ne edificandi magnificentiā
 relinquere testatam posset / immatura mors effe
 cit. Fuit etiam Nicolaus quintus magnus & sūp
 tuosus in paranda bybliothea / quam successor
 eius Calistus paucis diebus dissipauit. De quo
 Dominicus Capranicus / sacerdos Cardinalis /
 eum intellexisset eum pontificem creatum a col
 legio cardinalium / q̄ eius degenerantem cogno
 uisset animum / q̄ fatue inquit fatui / fatuū creaue
 re. Sixtus pontifex qui Paulo successit : pontem
 qui ab eo dictus est fecit : uias urbis magna e par
 te strauit : templa quedam noua edificauit : uete
 ra instaurauit / nullisq; in exornanda Vrbe sūp
 tibus pepercit.

Paulus .ii. Po

Nicolaus .v.

Calistus

Dominicus Capranicus

Sixtus Pont.

**QVE. CONSIDERANDA. S
 IN T. VIRO. MAGNIFICO.**

Ne autem in iis præstandis atq; efficiendis aliqua
 sibi e parte magnificus desit / siue in magnitudi

ne p̄ se ferēda / siue in dignitate retinēda admira
oneq; cōparāda / metiri eū & minutati ut dicūt ex
pēdere oportet / qd̄ diis / qd̄ etiā hoībus debeat
ad hec aliam templorū / aliam porticuū rationē
esse. Maiores nostri in ponendis stacuis / quarū
alias equestres alias togatas ponebant / alias alio
habitu declarauere qui etiam delectus hominū
ipsorum & rerum gestarum in iis sic habendus.
Videndum etiam quæ sit ciuium aut omniū /
aut compluriū opinio atq; sententia / quid pub
lice probetur. Quæ sit etiam expectatio / ne aut
famam parum curasse uideamur aut hominum
de nobis opinionem: quod temerarii ac parum
pudencis est. Quo fit ut idem hic & magnos
& decentes sumptus / etiam in iis quæ ad ritus /
mores / publicaq; instituta pertinent / facere debe
at. quæ pars a magnifico nō modo negligenda
non est / uerum etiam diligentissime curanda.
Quid enim decentius q̄ cum diis immortalibus
magnifice agere? In toto hoc genere ueteres tū
Romani tum Græci mirum immodum clare
re: Quod ostenderunt tot tantaq; munera Del
phos ad Apollinem missa / tot ludi non solum
religiose uoti / uerum magnificentissime editi.

tum equitatus
togas

Septem illi publicis epulis præfecti | quid nisi
 sūmū magnificentiæ studium hac in parte osten-
 dende declarauerūt. Quid magistratus illi quo-
 rum pene omnis erat cura publice edendorum
 munerum? Suis temporibus Rex Alfonsus ui-
 cit omnes ætatis illius Reges tum in iis compa-
 randis atq; exhibendis quæ ad sacrificiorum ap-
 paratum & sacerdotum spectarent ornatum | tū
 in deorū ac dearū statuis | quas plurimas | & in
 iis duodecim apostolorū ex argēto conflatas ha-
 buic: nihil ætas illa aut sacris solēnib⁹ | aut pub-
 licis ludis ab eo edicis uidit magnificētius.

Rex alfonsus

DE .LVDIS .PVBLICIS .

Quoniā autē in ludorū mentionē incidimus | ne
 hæc quidē pars silentio a nobis prætereūda est:
 Ludi ipsi | alii quidē pietatis gratia suscipiuntur
 ut quos Romani uouebāt consules | ut seculares
 ut qui hodie in sacris solēnibus Ioannis Bap-
 tiste Florentie celebrant. Rome item ac Neapoli
 & in plerisq; Italiæ urbibus in honorē diuinę eu-
 charistiæ. Alii in publicam fiunt ciuium gratiā |
 ut equestres ac scenici | qbus uoluptas spectantiū

Ludi publici

*Equestres
 Scenici*

proposita est / unde Spectacula sunt dicta. Ho-
rum etiam e genere sunt uenationes quæ in are-
na exhibebantur / & naumachia: in quibus om-
nibus quod olim Romanorum studium / quæ
sumptuum magnitudo fuerit / ex iis quæ subii-
ciam exemplis facile intelligetur. Pompeius in
spectaculis illis celeberrimis uenationem etiam
exhibuit: ducti in arenam Elephanti / horrendū
sane spectaculū / ac leones / quorum magnus nu-
merus cæsus. Hadrianus mille Athenis feras in
stadio / mille item natali suo / & gladiatoriu
munus per sex dies Gordianū seniore tanta magni-
ficentia fuisse comperio / vt eodem tempore iisdē
etiam diebus in omnibus Etruriæ / Campaniæ
atq; Vmbrie Urbibus / Scenicos ac Iuuenales lu-
dos quadriduo dederit. Quid dici aut excogita-
ri in hoc genere magnificentius potest? Iulius
Cæsar edidit Spectacula uarii generis / munus
etiam gladiatorium / ac ludos per singulas etiā
urbis Regiones / omnium linguarum istrioni-
bus adhibitis / Circenses / uenationes dierū quin-
q; / naumachiam quoq; effosso lacu / in quem de-
ductis triremibus ac quadriremibus pugnatum
est : tanto hominum ad Spectandum confluxu

Venationes /
harona.

Naumachia

Pompeius / spect-
aculis

Hadrianus

Gordianus senior

omni / ludos
et ludos

Arionis

ut q̄ tecta eos nō caperēt / sub tabernaculis age
rent.

DE. DONATIVIS. DE. CON
GIARIIS. AC. ETIAM. DE. F
VNERIBVS.

Quibus e rebus quoniam id efficit̄ ut qui magni
fici esse uolunt nihil prætermittere / aut negligē
re eorū debeant / quæ populo placere / & quibus
spectandis delectari ciues senserint / non erit alie
nū de triumphis / de nuptiis de funeribus / de cō
giariis / donatiuisq̄ aliquid dicere / exemplis pre
positis quibus quid in iis deceat / intelligi clari
us possit. Congiarium populo / donatiuū mili
ti a principibus dabatur / ut & magnificentiam
suam testarentur / & illorum sibi animos ratione
hac conciliarent Aurelianus Augustus cuius il
lud dictum peruulgatum est / populo Romano
saturo nihil esse lætius / ter populo congiarium
dedit / ad oleum ac panem / addidit etiam porci
nam : & tunicas albas manicatas / item alteras tu
nicas ex Afro atq̄ Egyptio lino : ad hæc oraria
quibus populus uterēt ad fauorē. Alexāder Se
uerus ter militibus donatiuū dedit : item popu

li

(congiam pp
donatum mil

aurum) A

Tunica alba
manicata

Tunica ex afro
egyptio lino

lo congiarium: in quo carnem quoq; distribuit
uix antea præberi solitam. Cæsar non semel aut
plebi epulum ac frumentum / aut militibus do
natiuū. Rex Alexander nouem millibus Mace
donum ad conuiuium uocatis / singulos aurea
phiala donauit. Sed ueniamus ad funera. Inter
præclara ueterum instituta illud imprimis com
mendatione dignum / q̄ quorum uita fuisset per
spectior eorū funera tū e priuata / tū e publica pe
cunia magnificētius p̄sequerentur / ludis etiā edi
tis qui funebres sunt dicti. Hadrianus in iis spe
ctaculis q̄ in honorē Traiani patris edidit / balsa
ma & crocū p̄ theatri gradus diffundi iussit: in
honorē etiā socrus aromatica populo dedit. Se
natus / eques / populus / miles / nihil omisit / qd̄ p̄
stari posse. L. Syllæ funeri uideretur. Apparuit
nō minus studium / pompa etiā maior fuit. In
Iulii atq; Octauii funere. Sed in toto hoc genere
illud mihi q̄ optime institutum uidetur / q̄ elo
quentes uiri adhiberentur / qui mortuorum lau
des benefactaq; maiorū / oratione sua p̄seque
rentur: dignum sane testimonium uirtutis: &
ad benemerendum de hominum genere nō par
uū incitamentum. Omnis autem funebris ho

ofar

ex Alex

di funebres

o matron

in July oratione

nor ad uiuentis p̄tinet / quid enī aut nihil sentiē
 ti conferat / aut nullo modo curāti res humanas
 siue cum diis ipsis tranquillitate perfruatur / siue
 contra crucietur apud inferos. Maiorū enī laus
 hereditarium bonum est / quippe cum liberi ne
 potesq; ab illorum meritis commendari soleant
 Itaq; iam inde Atheniense a Cecrope institutū
 fuit / uti de mortui laude in funere predicaretur
 inter propinquos. Ad hæc posterorū gratitudo
 celebrandis maiorū funeribus nō parum agnos
 citur: quid q̄ tum his ipsis posteris / tū ciuibus
 aliis stimulus admouet quasi quidā ad beneme
 rendū de suis etiā minoribus. Quin etiā q̄ inui
 stū uideret̄ aduersus mortuos ingrate agere / qui
 priuatim & publice plurima p̄pelli essent inuita
 acerba & grauia: longeq; plurima / eaq; etiam ma
 xima dedissent beneficia / exequias ipsas queq; in
 feræ dictæ sunt / iusta uocauere. Digna sane ap
 pellatio: res autē ipsa dignior / populiq; bene cō
 stituti maxie p̄pria Quid enī ciuibus ipsis aut
 utilius / aut decētius q̄ in qua urbe suus ē. uirtuti
 locus / eos q̄ genuerint aluerint / iſtruxerint ut op
 time meritos honoribus suis prosequi aliosq; e
 posteritate etiā ipsa / uniuerſaq; ciuitate: de ipſo

Inſtitutum Cor
 athoniensium

Exequias
 infero

deniq; hominū genere ad hoc ipsum inuitare?
Hæc eadem ratio benemeritis ciuibus & uiuis &
mortuis statuas erexit/ac sepulcra: siquidem in
bene cōstitutis urbibus publice priuatimq; ima
ginum ac sepulcrorū maximam curam cunctis
seculis uideo fuisse habitam. Sed redeamus ad
funera. Annibal quāq; Barbarus atq; immanis
Romanos a militibus suis belli iure cæsos | ho
nore tamen sepulturæ atq; exequiarum vacu
os esse noluit: etiam in medio belli ipsius æstu.
Probus Augustus | Arradionē quē singulari ter
ramine | ut iam dixi | pugnans cōfecerat magnifi
centissimo etiam sepulcro honestauit | His exem
plis | quibus res suppetit tanto ipsi uehemētius
excitari debent | tum ad funera magnifice edēda |
tū ad extruenda sepulcra ponendaq; imagines.
An poetæ quoq; | non ipsi in commendationē
uirtutis atq; illustriū uirorum testantur carmini
bus & ludos editos in Heroum funeribus | & cō
uiuia etiam habita: Eoq; ab Heroicis illis tēpori
bus manasse arbitror | qd hodie quoq; complu
bus in Italiæ oppidis seruatur | uti illis ipsis fu
nerū diebus p̄p̄inqui cōparatis epulis in mortui
gedes conueniant ad discumbendum: ne quo ge

Annibal in fune
rosq; no.

bus Aug. in An
nom

nere honoris funus ipsum defraudetur : quod
 ipsum ad eundem etiam Cecropem refertur : hu
 mato corpore / ac post obductam terram / postq̃
 satas illic fruges / epulæ ut sequerēt / q̃s inirēt / ut
 Cicero refert pp̃inqui coronati. Alibi ab iisdē
 propinquis epulæ opiparæ concinnatæq̃ tantū
 mittunt / quibus familia ipsa quæ funesta est uel
 cat̃ / ac dolorē sedet. Humanū sane consolationis
 genus Ferdināus Rex Neapolitanorum / non
 Isabellæ solum uxoris / aut Helionore filiæ / atq̃
 Hippolite nurus funera singulari pōpa edidit /
 uerū & Francisci & Blançæ Mediolanēsiū Duci
 bus / Hyppolytæ ipsius parētibus / ac Ioanni Ara
 gonix Regi patruo : Matthiæ Hūgarix Regi
 genero : Federico quoq̃ Imp̃atori / qui diuersis
 ac lōginquis in locis e uita migrauerāt / exequias
 rara quadā magnificētia / splendoreq̃ psoluit. In
 hūc autē ipsū Ferdinandū Alfonsus filius diffici
 le explicatu est q̃ fuerit etiā effusus cū supra decē
 ac septē aureorū millia in illius funus effuderit
 Quoin genere laudis xp̃iani maxie excellūt qui
 quotannis bene de religione meritorum homi
 num funebres dies religiosissime colunt / memo
 riæq̃ eorum diuinam rem faciunt / aris etiam ac

l i i i

(u. ro)

Ferdi. rex
in fun. rib.

Alfonsus
funer. pr̃is

Louis Janoy

tēplis dicatis / addita quoq; ludorū editiōe ac ua
catiōe operū. Toto tñ hoc in genere honoris ac
gratitudinis illud diligēter uidēdū ē / ne obliu ge
neris atq; ordinis uideamur / tamen si aliquātulū
in hoc excessisse pietati fortasse cōcedēdū uideat
eiusq; cui funus fit mēorie: qñ rōne alia meritis il
lius grā referri neqat. Iā uero imagines ac magni
ficū ipsū sepeliēdi genus / qd aliud q̄ publicū sūt
ac penne testimoniū uirtutū recteq; factorū eius
q̄ excessit e uita: & gratitudinisq; eorū ipsoꝝ q̄ sta
tuas posuere / aut statuere sepulcra: & maxio cū ex
citamēto uiuētū ad uirtutē & gloriā: eiusmodiq;
ad honores in uita obituq; adipiscendos. Geor
gius Trapezuntius / rerū uetustarū uir abūde stu
diosus audiētibus nobis adolefcētes cū essemus
nō semel retulit legisse se apd bonū auctorē / To
mitanos ciues / Ouidio poetæ q̄ apud eos diē ob
iisset / collata e publico pecunia propter ingenii
nobilitatē / tymbon græco enī uerbo utebatur /
magnifice struxisse an oppidi portā in loco ma
xime celebri: quīs Ouidius & peregrinus esset /
& ab Impatore Romano p̄scriptus. Cōstat etiā
Theodoricū Regē quāq; Barbarū / Romaniq; e
uerlorē iperii: ac Rauēne cōstituētē Regni sui se

origi) Trapezunti)

ymbon ovidij

theodoricus rex

dē; Augusti tamē sepulcrū Romę inſtaurādū cu-
raſſe. Quid q̄ uetuliſſimus mos fuit in honorē
amici ac bñmeriti cuiuſpiā uiri ſepulcrū ei ſtatue-
re/nō q̄ cōditi illic ei⁹ eſſent cineres atq; oſſa: ſed
mēorie tātū id tributū/illuſtrādiq; noiſ ei⁹ grā
Qua e re cōtigit ei⁹ dē pſepe uiri: diuerſis locis
plura etiā ſepulcra inueniri. Vex̄ hac in pte quo-
cūq; tete uerteris/tū p̄uata tū publica p̄ multa ſe-
ſe tibi exēpla offerēt/ q̄ obrē ad ea q̄ dicēda reſtāt
trāſeamus.

DE . NVPTIIS .

Ac ne p̄tē eā q̄ ad nuptias p̄tinet itactū p̄teriiſſe ui-
deamur/ ſi q̄ in re hoīes rōnē ſecuti ſūt/ ut a beſti-
is plurimū differrēt/ i primis mihi uident̄ in q̄rē
d̄a plis ſocia eā ſecuti/ q̄ in re palā oſtēderūt q̄tū
iſtis a natura ineſſet pudoris ſtudiū q̄tū etiā tē-
perātię atq; prudētię: nā ne p̄miſcue ut ille coirēt
hac primū uia cauere: deinde q̄ cuiuſq; p̄les eſſet
hac potiffimū ratiōe ſcire ſe poſſe arbitrati ſunt
Quo circa ſtatuerē certas nuptias / quibus & na-
turæ in quærenda prole honeſte ſatiſfieret / & ci-
uitates firmius cōſtituerēt / dū familiæ cognatio-
neſq; tota deniq; ciuitas ei⁹ ſmodi uinculis una

obstringit. Iure igitur nuptiæ & a principibus
& a priuatis hominibus tã antiquis q̄ nostris tē
poribus magno in honore sunt habitæ: iure in
illis celebrandis singularis quidã splendor & ma
gnificentia adhibenda. Declarauit hoc annis su
perioribus Neapolitanorū Rex Ferdinādus in
Hyppolitę Mariæ nurus | & Alfōsi filii nuptiis |
qui principes ac populos Italiæ oēs ad eas inui
tauit: missi ab iis oratores / singulari comitate ac
cepti. Ludi pluribus diebus editi | orcestris ac
gradibus ad spectandū magnis sumptibus dis
positis / iisq; partim purpura ac serico / partim ua
riato panno intectis: eq̄stres concursiones ma
gno apparatu hominū atq; equorū factæ. Epule
lautissimæ ac largissimæ præbite: quibus tamē
q̄uis nihil defuisse uideret / lōge tamē spectatio
res fuere nuptiæ / quas Alfonso pater fecit collo
cata Helionora nepte Federico tercio Germano
rū Imperatori: in quibus Impator ipse cū omni
fere Germaniæ nobilitate affuit / cō pluribus itē
Ispaniæ principibus: qui Helionorā ex Ispania
deduxerunt his in nuptiis ut alia taceā uenatio
exhibita est / quatuor millibus passuū a Neapoli
qui locus a Regibus uenationi statutus ē. Fixa

Ferdinandus
prohibet nuptiis

Christina

Abbas Conuersio

Carus Imp. III.
1777

tentoria in cāpis secundū Anguianam paludem
 fontes e uario uini genere passim ad litus facti /
 mensæ approximate in quibus supra triginta homi
 num millia discubere : huc accedit / q̄ qui spec
 tandi gratia conuenerant / plurimi mortales / ho
 nerati esculentis plurimorū dierū domū rediere
 Nesciā an sol in hoc magnificentiæ genere quic
 q̄ uiderit magnificentius. Sed Reges omittamus /
 quis est e media plebe homuncio qui nō aliquo
 apparatu nuptias celebret ? Quo magis uidere
 oportet eū cui facultates suppetūt / nō solum ne
 quo modo sordidū / uerū ut q̄ potest magnificū
 sese in illis agat. Decet tamen imprimis esse sui
 ipsius memorem : accusatus est enī Atheniensis
 Demades quanq̄ ditissimus q̄ in filii nuptiis re
 giū magis q̄ honesto ciue dignū splendore adhi
 buerit.

Anguianam p

Demades At

DE. TRIUMPHIS.

Triumphandi autem ratio tota uidetur hinc sus
 cepta / q̄ uirtuti priuati ciuis honos publice re
 ferendus esset / aliiq̄ exemplo ipso incendendi
 ad uirtutē ac gloriam. Traiano etiā post mortē /

debitus illi triumphus est redditus. Quocirca
triumphalibus in pompis quo uictoris species il
lustrior appareret / permisse sunt triumphati ha
benæ quo apparatus ipsæ esset q̄ magnificentissi
mus / & quidem iure / ut in publica læticia / ut in
icolumitate exercitus / ut hoste capto ac cæso / &
uictoria per uirtutē parta. Quin etiā permilli io
ci liberiores / adeo in iis pompis letitiæ pnblicę
indulgebat. Quæ autē in bello atq; in grauissi
mis periculis magnitudo animi retenta est / eā in
huiusmodi pōpa non retinere / pati q; ab avaritia
uinci / an est aliud q̄ dedecorare uictoriā & altitu
dinē illam animi comparcendo deiicere. Fuit in
triumphis suis magnificus Pompeius : non mi
nore magnificentia usus est Cæsar : ne autē seriē
triumphantū exequi uelle uidear / placet unius
Aureliani triumphū referre / Odenato atq; Zeno
bia qui sibi Egyptum occupauerāt superatis : &
item Tetrico qui Gallias. Ascēdit igit̄ Capito
liū curribus tribus / argēto atq; auro / gēmis item
plurimis distinctis. Luxu quidē Regio quorū al
ter ipsius Odenati fuerat. Alterū sibi Zenobia
parauerat / eo urbē ingressura / qđ sibi per insolē
tiā pmiserat. Tertius a Persarū Rege dono mis

iano

penis

et

et hanc

sus ad eū fuerat. Quarto quoq; curru adhibito
 q Gotorū regis fuerat; q̄tuor etiā ceruis curru iū
 ctis : quos sacrificasse Ioui capitolino ex uoto
 memoriæ pditū est: p̄cedebāt Elephāti uiginti
 feræ itē māluetæ duceræ; ex Africa Egyptoq; cō
 uectæ; diuersi admodū generis. Tigrides q̄tuor
 Cameli pardali: suo quæq; ordine gladiatorū pa
 ria octingēta. Deuicte gētes cū titulif: Goti Ala
 ni/Rhosolani/Sarmatæ/Franci/Sueui/Vanda
 li/Germani/Palmireni/Egyptii. Inter hos capti
 uos mulieres decē q̄ uirili habitu pugnātes inter
 Gotos capte fuerāt; cū magnus earū numerus ce
 sus esset in pliiis; easq; ab Amazonibus originē
 ducere; titulus indicabat. Tetricus ipse ducebat
 clamide coccinea/tunica galbina/bracis Gallieis
 idutus; cū Tetrico filio quē Imperatorē Gallia
 rū declarauerat. Ipsa Zenobia gēmis etiā pluri
 mis insignita; aureisq; catenis uincta. Corone
 aureę ciuitatū p̄ferebāt: p̄ter ipsos etiā captiuos
 Blemies/Exomites/Arabes/Eudemones/Indi/
 Bactriani/Hiberi/Sarraceni/Perse cū muneribus
 quicq; suis incedebāt p̄pā ipsā illustrabāt maxie
 Senatus populuscq; Ro. in ordines distributus:
 uexillationesq; collegiorū: eqtes itē cataphracti

Triumphus
 anni

Mulierum ha
 uirili pugna

Tetricus

Timian Ga

Zenobia

plurimi cū omni exercitu / ut nona hora ex quo
ingredi pompa cepit / uix ipse in capitolium per
uenerit. Triumphum ipsum secuti sunt ludi Sce
nici / Circenses / uenationes item / Ludiq; gladi
atorii & naumachia / coronæ etiam siligineo / e
pane populo datæ.

DE. ACCIPIENDIS. HOSPI TIBVS.

In accipiēdis etiā hospitibus / cū hospitalitas ipsa
iure data sit laudi / magnūq; ciuitati ornāmētū
afferat / nō solū uidendū id est ut liberales in eo
simus / uerū etiā ut magnifici : q̄ res si in priuatīs
hominibus iure plurimū cōmendatur / quanto
magis in principibus ac Regibus debet splēdes
cere : cū in iis satis nō sit si hospitalitas ipsa libe
ralis fuerit / nisi sit etiam splendens atq; magnifi
ca : sed de splendore post : nūc de magnificētia in
qua exercenda ut dignitas illa de qua tam multa
dicta sunt retineri possit / persona eius qui hospi
tio acceptus ē / & tua qui accepis ē uidēda. Genus
etiā uite : etas quoq; ac t̄p̄a diligēter cōsideranda.
Fuit in hac pte Magnificus Rex Alfonsus qui p

pe qui eos qui ad se diuertissent non solum acci-
 piebat liberaliter ac splendide uerū donis magni-
 ficentissime pro cuiusq; dignita-
 te nullum adeo honestandi ac munerādi genus
 omittens in illis exornandis. Et quoniam in eā
 partem incidimus quæ ad munera pertinet ac
 donandi gratiam / eaq; tanq̄ condimentū quod-
 dam est magnificentiæ totius. De hac deinceps
 dicemus.

DE. MVNERIBVS.

Principio munera ipsa / & dante & accipiēte digna
 esse debent: quibus quæ gratia inesse potest / si
 neutrū decuerint: deinde etiam magna. Quid
 enim magnificum habere possunt ubi pusilla fu-
 erint / quis interdum & pusilla plurimum gratiæ
 apud eum qui accipit inueniant: quod persona
 ipsa aut affectus accipientis præstat: pueros enī
 ac puellas non tam doni ipsius precium mouere
 solet / q̄ pulchritudo atq; ornatus / & que hodie
 dicitur elegantia siquidem pocula ex nobilissi-
 mo uitro quod nunc cristallinum uocamus / am-
 plius q̄ argentea puellam delectauerint / & puerū

Elegantia

pusillus equus magis q̄ tarentinus interdū etiā
ipsa raritas precium facit. dicitur de nimia uolup
tate exiliisse Alfonso cum Anconitanus Cyri
acus succino eum donauit / quo pansis alis mus
ca includebatur parua imo pusilla sane res / at ra
ritas apud principem qui non tam precium / q̄
ipsam raritatem metiebat / maximam fecit. Nō
nunq̄ etiam artificium ipsum commendat mu
nera. Quid tam habuit in delitiis idem hic Al
fonsus q̄ tabellam Ioannis pictoris ? Sunt qui
minutissimum uasculum ex iis que porcellanica
dicuntur / argenteis atq̄ aureis etiam precii maio
ris anteponant. Quæ res efficiunt ut aliquando
muneris præstantia / non tam ab ipso precio q̄ a
pulchritudine / raritate / elegancia / artificioq̄ iudi
cetur: proinde magnitudo illa que magnificum
debet / interdum non tam precio censenda est / q̄
his ipsis quibus dicimus commédari solere mu
nera. Dicitur Alexander Macedo in honorem
Phaili impigri & fortis atletæ / multas exuuias
dono Crotoniatis misisse / quas uidelicet uictoria
ipsa magis q̄ precium magnas ac gratas faceret
contra ut gemmas vnionesq̄ non magnitudo
ea quæ quantitas dicitur / sed precium ipsum /

im̄ quo paruis
miseria includebat

bella Jo. pictoris

x. Man.

quædam commendat: adeo munerum magni-
 tudo nunc a precio / nunc a raritate / dignitas au-
 tem ab eo potius qui accipit metienda est. qua-
 rum rerum diligentem æstimatorem magnificū
 esse decet. Nuper Assiriorum Rex ad Ferdinan-
 dum inter alia munera Camelum pardalū misit /
 & asinū quē ex ultimis orientis partibus adduc-
 tū constat. Quid asino uilius? Ad eū tamē spe-
 ctādū multi remotissimis e locis uenere. Fecit au-
 tē spectabilē res una / q̄ cū esset maculoso pilo uir-
 gatū corpus ostentabat / diuersicoloribus ac pa-
 ribus lineis. Fuere in his muneribus res qdē mul-
 te & p̄ciose / duo tamē hæc aīalia / ut peregrina / ut
 nō ante uisa reddidere donum ipsum etiam spe-
 ctandum. Facit interdum munerum magnitu-
 dinē uarietas ipsa; interdū etiam multitudo / ut
 cū Hieron Syracusanus tantā tritici atq; hordei
 uim / tantū etiā uestiū numerū Romā deferendū
 curauit. Aliquando uolūtas dantis longe preci-
 osius donū ipsum efficit / ut cum in tanta populi
 Ro: calamitate / in tot populorū defectiōibus / or-
 do & populus Neapolitanus / q̄draginta aureas
 pateras eidē dono misit. Quis etiā dubitet cui do-
 na mittēt / si is liberali ac magnifico sit animo

Alliroy rex.

Asinus

Hebron siran

cum eo magnificentius agendū? Si enim ubiq;
magnificum decent magna | honestum sane erga
magnificos gerere sese q̄ magnificentissimū. Pō
peio magno Tigranes Rex sexies millies talētū
dono dedit. Videntur tum Græciæ principes
tum Egypti atq; Assiric Reges in mittendis ad
Apollinem muneribus de magnitudine certasse
quidā tamen non tā id agere uoluere | ut uideren
tur magnifici q̄ ut erga deum grati | qualis fuit
Agésilauus qui rebus a se feliciter atq; e sententia
gestis decimæ nomine | plura q̄ centū talenta bi
ennio mittenda deo curauerit. Alfonso nō erga
alios modo | uerū etiam aduersus milites magni
ficentia usus est | quos tum auratis lorice ac tale
ris | tum sericis uestibus pro cuiusq; dignitate or
nabat | interdum etiam auro | argentoue intextis
aut bracteatis. Itaq; eius exercitu nihil illis tēpo
ribus uisum est splendidius. Ferūt Mutiū Sfor
tiam cum aliquando conferturus cum Alfonso
manum esset | petentibus militibus signum quo
ab amico hostem discernent | respondisse | ut
quem magnifice ornatum splendideq; faleratū
uidissent | eum hostem putarent. Dona etiā quæ
dam non tam ipsa per se magna sunt | q̄ q̄ eorū

grandi reg

Agésilauus

omnis.

muti sforia

qui mittunt auctoritas. Maiestasq; magna efficit
 ut cum Senatus populusq; Romanus sella ebur
 nea/uestibusq; Senatoriis Regem aliquem bene
 meritum donabat : ipsius enim Senatus ac po
 puli terrarum principis iudicium/donū illustra
 bat:eiusmodi autē dona eo illustriora sunt quo
 rariora/nec tam petentibus dantur/q̄ sponte be
 nemeritis mittuntur. Omnino autem munerū
 finis gratuitus esse debet / qui si uoluptatem ali
 quam/quæ parum honesta sit respectet/nequaq̄
 mihi qui finem hunc sequatur magnificus iudi
 cabitur/sed uoluptarius quispiā. & Mercator re
 rū earum quæ sūt homini cū beluis communes
 quo nec melior uideri potest q̄ utilitatē secutus
 magna dat/ut paulo post referat maiora : quod
 in regibus præsertim est turpissimū quorū ani
 mos etiam suspitione auaritiæ uacuos esse decet
 quanq̄ seculo nostro uix aliud genus hominū
 tā libenter atq; assidue mercaturā exercet / qui ta
 mē dū ostentare uolūt magnificentiā/ Istriones
 Scurras/Tibicenes maximis donis psequuntur
 Quin siquos benemeritos muneribus aliquan
 do affecerint/non tam uolentes id agunt/q̄ ut su
 spitionem deuitent auaritiæ/ aut aliam secuti ra

m i

Magnificus
 voluptarius

tionem consiliū suū celant. In utroq; autem ma
ximū inest uicium : nihil enim fictum aut fuca
tum habere uirtus debet : nec sine delectu recte
agi quicq; potest. Aulus Vitellius dicitur nullo
modo nullo delectu habito / non solum donas
se sua / uerum etiam largitus aliena qui mihi dis
sipator ac tyrannus ueriusq; magnificus dicēdus
uideretur . At Hadrianus quem tradunt Reges
omnes uicisse munerum magnificencia nihil ta
le admisit / namq; ut fuit in conferendis muni
bus magnificentissimus / sic alieni continentissi
mus / & in delectu habendo etiam prudentissi
mus. Tacitus Augustus columnas centum e la
pide Numidico Hostiēsisibus dono dedit / qua
rum singulæ pedum trium ac uiginti fuisse di
cuntur : donum undiq; circumspectum. Fuit enī
& magnū / & ipso atq; Hostiensibus dignum / &
finis tum gratuitus / tum res cuius gratia donū
datum est q̄ honestissima : uoluit enim bonus
princeps Hostienses muneribus suis iuuare in cō
dēdo publico opere quod ab illis fuerat inchoa
tū.

DE PASCENDIS DOMI
BELLVIS.

Vitellius

Hadrianus

Augustus

Hostienses

Est etiã quasi quoddã magnificẽtiẽ ornamẽtũ pas-
 cere domi urfos pardos / leones multus fuit Al-
 fonsus in pascendis accipitribus : cuius filius
 Ferdinandus & patrem & Reges omnes de qui-
 bus fama est aliqua superare iudicatur non acci-
 pitribus modo sed equis canibusq; pascendis :
 quos ab extremis etiam terris plurimo ære con-
 quirit. Nec uero laudandos eos ducimus / qui
 ut aues ac mansuefactas pecudes pascant / ut spec-
 tacula edant / ut donis plurimos afficiant / ut ædi-
 ficet elegãter ac magnifice / aut auferũt a quibus
 etiã minime debet : aut qui amplectẽdi sunt / eos
 desertos patiũt : neq; enĩ magnificẽtia uacare de-
 bet iustitia : qua seruata nõ solũ in honore & pre-
 cio habenda est magnificentia : uerũ propter p̄-
 clara opera in admiratione tũ ciuiũ tum peregrĩ-
 norũ / quos uirtutis huius fama trahere in admi-
 rationẽ solet : nã q̄ suo in genere magnifica sunt
 ea qui nõ admiret̄ : præsertim cũ magnifici ipsi
 quidẽ ita instituti sint / ut quod faciẽdũ suscepe-
 rint / in eo nõ solũ nõ parcant pecuniã / uerũ id
 agant ut obliuisci sumptuũ uideantur / dũ opus
 ipsum euadat magnificum atq; excellẽs in gene-
 re suo / ut si qui contendere etiam uoluerint dif-

Alfonsus

Ferdinandus

faciles ad modum partes suscepturi sint : neque enim facile superari potest / qui ut dignitatē de qua diximus assequatur sumptuum ipsorum uideatur oblitus : quiq; in magnis operibus maior ipse appareat. efficiaturq; hoc pacto magnificentissimus Sunt etiam uirtutis huius alie species duæ quarum altera uersatur in ornatu / domesticaq; supellectile / altera in conuiuio / de quibus statim dicemus.

FINIT

DE . MAGNIFI

CENT

IA.

IOANNIS. IOVI

ANI. PONTA

NI. A. D. C

HARIT

EVM.

DE SPLENDORE.

PROLOGVS.

AD splendentē hominē de splendore dis-
 serere Charitee dulcissime/ etiā si nulla
 intercedat beniuelētię ac familiaritatis
 gratia/ ipsa tñ ratio præstari hoc a me
 debere/ & horrat & iubet quippe cū materia ipsa
 cōsētiat cū artifice. Ac tamen si familiaris res tua
 domesticaq; supelex sit etiā mediocrior/ in hac ra-
 mē ipsa domesticę rei mediocritate/ splēdidū te
 quacūq; in pte domesticę supelectilis/ ornatusq;
 familiaris/ ita prestas ac geris/ ut admirari nō mi-

m iii

nus nitorem / q̄ landare modū ac mensuram in
illis tuam / & uelimus & debeamus : presertim
cum hunc ipsum nitorem tanq̄ natura tibi insi
tum etiam in iis quæ solius sunt ingenii ubiq̄
ac semper præteferas . Iure igitur librum tibi
hunc de splendore uendicasti / imo & fecisti tuū
In quo quidem (cultum enim atq̄ elegātiā no
ui tuam) satis scio multa desiderari a te posse / q̄
a me sunt / aut negligenter omissa aut per inscien
tiam ignorata . Tu uero Charitee quæ tua est læ
nitas / quodq̄ in carminibus etiam nostris facis
ut siquid inertiae in illis deprehenderis / facilita
te id tua indulgenter condones / in hac item dis
putatione siquid aut prætermissum a nobis fue
rit / aut forsitan ignoratū / uel sponte id tua / uel
rogatus etiam atq̄ etiam condonabis .

Cum igitur in apparatu domestico i
cultu atq̄ ornatu corporis in supele
ctile familiari / magni etiā sūptus fiāt
multos enī inuenias quibus satis nō
sit habere aptā & necessariā supelectilē / nisi ea sit
etiā preclara & multa / in hoc quoq̄ genere sump

tuū peccari potest dum iis apparandis comparā
 disq; aut pecuniæ nimis quis parcit / aut eam ef
 fundit immoderatus . Quocirca medius ille
 habitus quæ mediocritas dicitur / etiam in his
 querendus est . Qd si maiores nostri quē me
 diocritate hac præditum cernerent eū splendidū
 uocauere / qui autē modū p̄tergrederet̄ initio ele
 gātē / nā id nomē olim in malā partē acceptū fuit
 post luxuriosū / huic uero aduersū sordidū dixē
 re / p̄fecto mediocritas ipsa splendor / exuperātia
 lux⁹: defectus uero tū sordes / tū sordities recte
 uocabit̄ . Nō inepte autē magnificētiæ splendor
 statim subiūgit̄ / q̄ & ipse in magnis uersat̄ sūp
 tibus / & habet pecuniā / cōmunē quidē cū illa ma
 teriā . Sed magnificētia ipsa sumpsit nomē a ma
 gnitudine / uersat̄ q̄ in ædificiis spectaculis / mu
 neribus . at splendor q̄ in ornāmētis domesticis / i
 cultu corporis / in supelectile / in apparatu rerū di
 uersarū p̄lucet . Inde nomē a splēdēdo duxit : atq;
 ut magnificētia a magnis faciēdis / sic uirtus hec a
 splēdidis traxit uocabulū . Quin etiā magnificē
 tia in publicis opibus / & iis q̄ diutius permāsura
 sint magis uersatur / cum splendor priuata poti
 us curet / nec momentanea quædam ac minora

mediocritas

splendidus

eligant̄ i malā partem

Luxuriosus

sordidus

negligat his explicatis ne ab instituto nostro recessisse uideamur: anteq̄ de splendore ipso p̄cepta tradimus qui & quales sint sordidi / qui etiã luxuriosi paucis differemus.

DVO. ESSE. SORDIDOR VM. GENERA.

Sordidorum duo sunt omnino genera: alii enim uolunt ipsi quidem habere bonam & utilem supelectilem / sed dum eam commodam habeant dum parũ in illa comparanda impendant / egrigiam ac splendentem habere negligunt. iidem bene uestiunt, non tamen eleganter aut sumptuose. Alii uero aut habere nullo modo eam curãt solis numis inhiantes / aut siquam habent ea est perexilis & sordidissima / quos auaritiã fecem sure uocaueris. In omni autem uicio & uirtute / quando ut dictum ẽ nec uirtus nec uicium latitudine caret / est & plus & minus inuenire. neque enĩ quod in libro qui est de liberalitate diximus auari singuli totam auaritiã sunt complexi. Iccirco luxuriosorũ quoq; qui maxime sunt sordidis contrarii / sua etiam sunt genera / quidam

anaritiã

enim in una aliqua splendoris parte nimis luxu-
 riantur / ut qui corpori exornando plus nimio
 dediti sunt : qua in re nec suam nec maiorum di-
 gnitatem retinent : obliti etiam ætatis ac tempo-
 rum / item ordinis ex quo ipsi sunt / & ciuitatis
 in qua hæc agunt : qualem fuisse Caium Cæsa-
 rem Augustum apud Suetonium legimus : qui
 ne uirili quidem / nedum humano / uestitu / cal-
 ciatuq; / ac coetero habitu usus fuerit : quippe
 qui ut armillas ac gēmatas penulas / ut cycladas
 ac cothurnos / ut speculatoriam caligam / ut de-
 niq; muliebrem soccum taceamus / sæpe numero
 conspectus fuerit in deorum habitu nunc aurea
 barba fulmen tenēs / nunc fuscinam aut caduceū
 aliquādo etiam Veneris habitu in publicū pro-
 cesserit . Alii tanq; equi dissultantes undiq; dif-
 fluunt / atq; in luxū præcipites tanq; laxis habe-
 nis feruntur / nullo modo patientes se intra gi-
 rum rationis ac mensuræ coerceri / uanū profec-
 to genus hōminum / totumq; in ostentationem
 conuersum / nullam uestem Nero Augustus bis
 induit : piscatus est rete aurato . purpura & coc-
 co funibus nexis : usus est & soleis mularum ar-
 genteis . Fuit domus eius non solū auro perlita /

C. Cesar Aug.

Armille
 Penulæ
 Cycladas
 Cothurni
 Caliga spp.
 Socculi mulierum

Nero Aug.

sed gemmis atq; unionū conchis distincta / cuius
coenacula tabulis eburneis / iisq; uersatilibus la
queata fuerint / quo tum flores per fistulas spar
gi / tū unguenta desuper defluere possent. an hic
tibi ex omni parte diffluxisse uidetur / qui etiam
gemmas ac margaritas / nedum aurū atq; argen
tum / ludis circensibus in populo sparserit ? Sūt
qui ipsi quidem modū retineant / & splendescere
domū suam uideri uelint / id tamen agunt ut
auariciam tegant : itaq; comparant gēmas / unio
nes / uasa argentea ut pre se ferant splendorē : ac
dū numos in hæc ipsa conuertūt / & abacum in
struūt / purgata auaritiæ suspicionē splendidi ui
deri uolunt. hos quis splendidos uocet / cū eorū
sit ficta persona ? qualis fuit Galeacius Maria
Dux Mediolanēsiū qui nup a Ioāne Andrea Lā
pugnano cōfossus est : is enī adulterinas gēmas
clam a se emptas ostentabat ut raras & admodū
p̄ciosas . Sunt qui ærea uasa inaurēt / quibus mē
sas exornēt : quæ quidē uanitas est etiā fraudi cō
iūcta / nō splendor. hi autem auari cum sint / arte
hac / animi uiciū celare alios uolunt. Coeterum a
splendore ipso qui sordidi uocant̄ maxime alie
ni sunt / siquidem luxuriosis & diffuētibus mo.

omni in romi

ali. arim Ma.

dus tantū abest ac delectus. Et hi quidem ad me
 diū reuocari sæpe solent / cū uicium ipsū in sordi
 dis nō secus ac in auaris indies augetur.

QVALEM. ESSE. DECEAT.
VIRI. SPLENDIDI. SVPEL
ECTILEM.

His dictis ad ea quæ splendorū sunt transeamus
 ac primo loco de supelectile: deinde de orna
 mētis / deinceps de cultu & ornatu corporis: ul
 timo de apparatu dicemus. Supelectilem uoca
 mus omne domesticum instrumentum / ut uasa
 lances / textilia / lectos & id genus cœtera / sine
 quibus commode uiui non potest: hæc quanq̃
 homines usus & commoditatis gratia sibi com
 parant / splendorū tamen officiū est nō usū aut
 cōmoditatē solā respicere / sed ut ea tū multa do
 mi habeant / quibus etiā cū opus fuerit amici no
 tiq̃ commode uti possint / tū egregia cū aliqua
 etiā uel artificis / uel materiæ uel utriusq̃ p̃stātia:
 gladiolum enim sordidus: ac splendens æque
 sibi adhibent in mensa. Illud autem interest q̃

*vasa
 Lant
 Textilia*

fordidi cultellus ē immūdus & corneo capulo |
at splendidi nitidus | & capulo aut e præstanti
materia | aut affabrefacto. Erigitur splendidi
supellex nitida & multa | ac non solū pro faculta
tibus uerum etiam pro expectatione atq; aucto
ritate: in quibusquidem aliquantulum excessif
se fortasse fuerit nō indecorum. Et quoniam Se
natoriam dignitatem ac principis domū deceat
excellētia quædam/erit supellex ipsa non solū
ut dixi nitida & multa/uerum etiam rara & excel
lens. Que res efficit ut splendidum oporteat sūp
tuosum esse/rara enim & excellētia maximo ue
niunt pretio. Fuit liberalis atq; magnificus in
plurimis Alexander seuerus | non caruit tamen
nota | q̄ in conuiujs aurum nescierit | & pocula
ipsa quanq̄ nitida | mediocria tamen semper ha
buerit | cuius exemplum hac in parte ut laudan
dum non est | quippe cū esset Augustus & prin
ceps orbis | sic q̄ potest detestandus Varius He
liogabalus/qui aureo uase utebatur ad excipien
da corporis excrementa. Idem etiā uideri supre
mū in modū ridiculus potest qui gemas ab opti
mis sculptas artificibus in calciamentis habue
rit/ac si nobilis sculptura cerni posset | quæ in

g. som. rml

arunt h. bogat

calciamenti ferretur. Vide luxum hominis per
 ditissimum. uti autem Romanū Principem au
 ratis frenis / atq; habenis sericis : faleris item bra
 cteatis splendidum quidem est / at soleis mularū
 equorumue argenteis summe uanitatē ne dicā
 diffluentis tantum luxuriæ. Quo fit ut supelex
 ipsa ad honestum etiam usum comparari / a splē
 dido debeat / quippe qui & utetur ea cum opus
 fuerit / & ubi ratio suaserit / etiam multa ex ea do
 nabit. In quibus omnibus eam rationem seque
 tur quæ probari iure possit. Erit etiam supelex ip
 sa talis quæ habentem non dedecet : quid enī
 indignius q̄ rusticanum hominem bibere gem
 mato poculo ? Illud etiam præstandū est a splē
 didis ut re ipsa appareat / non sibi soli / sed fami
 liæ quoq; / & amicis cognatisq; & cum publicus
 etiam usus uocauerit / populi usui atq; commo
 dis comparasse supelectilem . Audio de maiori
 bus natu Philippum Mariā Ducem Mediolanē
 sium quodam in conuiuio statuisse / ne argente
 is quadris / sed ligneis tamen nouis / carnes in
 mensa conuiuus apponerentur : ipsas autem qua
 dras / alias post alias statim mutari / mutatasq; ab
 iici iussisse / eaq; ratione grandem quandā sūmā
 effudisse. Itaq;

vanitatis

Phil. ma. n
 conuiuio

nō lignea quadra uili cōparata / sed effusio ipsa
tantusq; numerus reddere eū splendentē potuit.
Rex Alfonso & cados / & dolia / & siculas ex ar
gēto habuit / crateres etiā ex auro / toralia & map
pas e tela cōquisitissima : itaq; eius mensis nihil
splēdidius : nā de cōterero apparatu post dicemus
Tale igit̄ splēdidi hominis supelectilē esse uo
lumus : cuiusquidē tametsi propriū est curare ut
sit multa & peregrina ignorare tamē debet quā
ta ea sit / dummodo sit maxima / quæq; rationē
habeat facultatum / ac dignitatis. Est enim mo
dici cuiuspiam non splēdidi / quantum sat sit
habere supelectilis atq; ornamentorum. Quin
etiam laudari admodum solet ubi ad multitudi
nem raritatemq; supelectilis illud accesserit / ut
quæ sunt eiusdem generis / ea sint uario ex ope
re / artificio atq; materia. Neq; enim hoc solum
exigitur / ut plurima pocula niteant in abaco / ue
rum ut uaria eaq; uel aurea uel argentea / uel por
cellanica. Itēq; aliæ atq; aliæ forme : calices item
crateres / gutti / pateræ / carchesia / scyphi : quorum
etiā alia uideant̄ comparata ad usū atq; ornāmē
tū / alia solius ornamenti atq; elegantix gratia /
quædam etiam preciū ac magnitudo cōmendet :

ut. dolium
stula

cellanica

quædam sola elegãtia & raritas / aut artificis ma-
nus / aut item laus alia. Sed iam ad ornamenta
ueniamus . quanq̃ & hæc ipsa magna e parte su-
pelectile continentur.

DE . ORNAMENTIS .

Ornamenta autem uocamus ea quæ non tam ad
usum cõparata sunt q̃ ad ornatũ ac nitorem / ut
sunt signa / tabulæ pictæ / aulea / fulcra / eburneæ
sellæ / stragula gẽmis intertexta / pixides / & arcu-
læ ex Arabicis pigmentis / uascula e christallo / &
huius generis alia / qbus domus p tẽpore ornat̃
& abaci mensæq; instruũt̃ : delectat autẽ eorũ af-
fectus / ac domino pariũt auctoritatẽ / dũ multi
ut ea uideant / domos ipsas frequentant. Sed ut
ipsa ornamenta q̃ potest exigĩt̃ ut sint magnifi-
ca & uaria / sic ut collocentur suis in locis . aliud
aulam decet / aliud ginæceum : quin etiam alia
sunt ad quotidianum ornatum / alia seposita ad
festos ac solẽnes dies. Mũditiarũ quoq; ac nitele
quæ splendoris comes est cura imprimis uide-
tur habenda. Quarum Iuliũ Cæsare studiosissi-
mũ fuisse constat : eundemq; toreumata signa

Gmen u

Toreumata

tabulasq; antiqui operis magna cura pecuniaq;
comparasse. Quocirca splendidi uiri domus ob
mundū atq; ornatum ridere semper uidebit̃ nec
solū domus uerum uniuersa familia præseferet
domini cultum ac nitorem : qui ut in mulieri
bus uenustatem ostendet & elegantiam / sic in ui
ris cum dignitate ornatum. Testabuntur etiam
equi domini splendorem / non solum nitore cu
tis uerum etiam ornamentis ipsis. Est etiam splē
didorum habere domi permulta / & quidem ni
tida & culta / quæ ad aucupium ac uenatum / &
ad canes atq; accipitres pertinent. Nihil enī ho
rum negligendum est eis. Secutus est auum Al
fonsus Ferdinandi filius in excolendis libris /
quos non solum multos sed luculenter ornatos
habere uoluit : ad quod tum alios quosdam tū
etiam patrem prouocauit : eiusmodi autem or
namentorum studium ac diligentiam / & ipsam
hanc munditiei ac nitoris curam placet appella
re Luculentiam : & qui ea utent̃ Luculentos : qua
lem fuisse Mitridatē Ponti Regem ex hoc ipso
iudicari potest / q̃ eo mortuo in Regia eius inuē
ta fuerint / ad duomillia poculorum ex onichite
lapide / auro perlitorū : phialæ ad hæc permulte

urubimaria

Mitridatē

& uascula mira uarietate: item mensæ ac sellæ elegantissime ornatae: equorum quoque frena/ & falleræ/ non solum auro/uerum etiam gemmis ac margaritis artificiosissime uariatae: quantus etiam fuerit rerū coeterarum apparatus declarare illud potest/ quod diebus uix triginta explicatus ab iis est/ quibus ea cura demandata fuit. Quæ quidem omnia ab illo magno studio conquisita & comparata fuerant unius ornatus ac splendoris gratia. Ac de ornamentis satis sit hæc dixisse: neque enim domū splendidi hominis instituimus sed qualem eum esse uelimus/ liniamentis quasi quibusdam inuolumamus. Quocirca de apparatus statim dicemus.

DE APPARATV.

Est igitur splendidi hominis nō solū curare ut dignam atque elegantem supelectilem habeat / domesticisque ornamentis abundet: sed quod turpe sit imparatum offendi / siue ad priuata siue ad publica munera / habebit quidem domi apparatus rerum plurimarum / quæ ipsius luculentiam declarēt / ut si hospes aduenerit / præsto sint ea quibus

opus fuerit; ad illū nō comiter tantum uerū etiā
magnifice accipiendū : si publice edentur ludi / sit
domus eius tanq̄ horreū quoddam e quo mini
strentur ac suppeditentur ea / quæ theatris artifi
cibus / pōpiscq̄ usui atq̄ ornamento esse uidebūt
deniq̄ ut pluribus si eodem tempore plures in
digerint / subuenire possit supelectile atq̄ appa
ratu suo. Qualis autem & q̄ multiplex esse appa
ratus debeat / ostendit Lucullus in cuius ut ita
dixerim armario / ad quinq̄ millia scenicarū ue
stium inuenta memorātur. Rex Alfonso eodē
tempore / & regiam in qua habitabat / & templū
ubi sacra faciebat / & multorū legatorum domos
mirifice ornabat / & quidē uario ornamētorū ge
nere / ac nihilominus tanq̄ parū abundaret / Gal
liam ulteriorem auleis : Syriam gemmis pene
spoliauit / ingentibus preciiis propositis. Quin
etiam artifices ac mercatores corrupit / ne quid p̄
ter coetera insigne / nisi soli sibi uenderent. Quo
tēpore Elionoræ neptis nuptias de quibus dixi
mus celebrauit / dii boni / nō regiam modo suam
non Federici Augusti / nō tot procerum modo
domos / sed pene urbem omnem luculentissime
exornauit. Quin etiam miri operis tentorium

in illis

de alfonso

secundū Anguianam paludem statuit die uena-
tionis / quod magni etiā oppidi instar erat: quo
die uidere licuit non tentoriū modo ipsum / sed
paludis orā omnē splēdere tapetis / auleis / abacis
scenis e frondibus / e pannis / e uariis etiā textis.
Docuit igitur Alfonsus qualem splendidū Re-
gis domū esse deceat / & qualem quantunq; appa-
ratū habere. Cuius exemplū pro facultate ac di-
gnitate sua qui sequetur eū iure ut splendidum
commendabimus.

DE .CVLTV. ATQVE. OR
NATV. CORPORIS.

De cultu autem ac uestitu / & coetero ornatu cor-
poris prima hec ratio habēda ē / ut in regibus ue-
stitus atq; ornatus oīs retineat etiā Maiestatem
(Augustos enī decent Augusta) In uiris pæta-
te atq; auctoritate dignitatē. In iuuenibus nīto-
rē elegātiāq; / q̄ tñ minime muliebris uideat. In
puellis uenustatē & cōptū. In matronis dec⁹ qđ
dā matronale. Quod autē iure accusat Martialis
nō bñ olere eū qui semp bene oleat / idem nos in
uestitu atq; ornatu accusandū ducimus : si nihil

Augusta

unquā de cultu atque ornatu remittatur. Sordef
tamen & illuies nunq̄ est probanda. Videnda
etiam sunt tempora / considerandusq; status ciui
tatis / & fortuna cognatorū ut seruari hac in par
te decorū ualeat: neq; enim nuptiales ornatus
decent funera / aut pullatæ uestes hymeneum .
Dicere autem de genere uestitus / & qualis orna
tus quem deceat / non est instituti a me operis ad
hæc indies mutatur: non erat eiusdem palmata
cuius toga .crabæ regum fuere. Quocirca alius
magistratum ac Regum / alius priuati hominis
ornatus esse debet / diebus presertim solennibus
Caius Germanici filius Augustus / nunc in spe
culatoria caliga / nunc in habitu Veneris sese po
pulo uidendum præbuit. Præsedit certamini in
stadio Domitianus Cæsar / crepidatus / purpure
aq; amictus toga Græcanica / capite gestans co
ronam auream cū effigie / Iouis / Iunonis / ac Mi
neruæ / assidente Diali & collegio Flauialium sa
cerdotū / quid indecētius / ne dicā detestabilius ?
ut autem nihil molle effeminatumq; / sic nihil in
ornatu corporis / decet moderantem populos /
quod arguere possit ipsum humanæ cōditionis
oblitū. Splendor generosum præse fert animū:

calva
toga palmata

ambianus (ropi
atus.
toga germanica

mollities effeminatum usurpare deorum habitū
 summam tum stultitiam tum insolentiam indi-
 car. Sed nec est splendidi pati ueterascere secum
 uestes : neq; enim ueteramenta possunt splendes-
 cere. Quocirca anteq̄ nitorem amittant / eas con-
 uertet in liberalitatem : donabitq; iis familiares
 notos / benemeritos / nōnunq̄ etiā / peregrinos.

DE HABENDIS GEMMIS.
 AC MARGARITIS.

Ante Alfonso Regē.

Dux Bituri-
 censis in cōquendis & coemēdis oīs generis gem-
 mis atq; unionibus præluxit coeteris tēporis sui
 principibus. Fama splendoris eius per orbem
 terrarum erat diuulgata. Quicquid ex hoc gene-
 re ubiq; p̄stans inueniebat̄ / ad eū deferebatur a
 mercatoribus nūq̄ p̄cio pepercit dū res digna p̄-
 cio uideret̄. hoc mortuo / nūq̄ quieuit Alfonso
 donec eā laudē ad se transtulit / p̄stantissimis qui-
 busq; gēmis lapillisq; ab se emptis. Quin etiā
 cū aliquādo cōpertū haberet insignes quasdam
 gēmas uenales nō esse / magna pecunia ut eas ui-
 dere posset redemit. Paulus secundus Pontifex

n iii

Biturini
 Dux

Paulus Pontifex

Maximus uisus est hac in parte / gloriæ horū in
uidisse / & quāuis id agere se ostenderet / ut in pō
tificios ornatus ac templorum ornamenta splen
dorē hūc suū cōferret / iudicatū tamē est supra pō
tificios grauitatē huic rei indulgisse. Gēmarū igit̃
atq; unionū & oīs generis lapillorū comparatio
maximā uidet̃ splendoris gratiā afferre / tametsi
hoc in genere nisi q̃ admodū diues fuerit splen
descere nequeat cū nō satis sit habere pauculas gē
mas quanq̃ p̃stantes nisi multe simul ac uarie ha
beant̃. Atq; ut purpura sericūq; splēdidi homi
nis uestitū cōmendat / sic gemme lapilliq; / tū nō
nulla corporis ornamenta / tū domesticos quos
dā apparatus / nec eos solū apparatus qui ad ui
ros ac mulieres spectant. uerū etiā qui ad suppli
cia & ornatus deorū immortalīū. Quidā tamē
quanq̃ liberales ac magnifici / qualē Syracusanū
fuisse Dionē legimus nō gēmas modo habere
neglexerūt / sed in ornatu ac uestitu corporis splē
dorē hūc oīno abiecerūt : ut q̃ popularibus ac ci
uibus suis hac in pte modici potius ac cōtinētes
uideri uellēt q̃ splēdidi : quorū cōsiliū tametsi nō
i probamus / tñ in diuitiis atq; in magna opulētia
sordescere principē ciuitatis indignū ducimus.

on suam.

DE. HORTIS. AC. VILLIS.

Quē etiā hortos habere uolumus in quibus exerceri
 deambulationes / & cōuiuia fieri p̄ tēpore possint.
 Erūt autē horti hi ex pegrinis & egregiis arbus-
 culis artificiose decenterq; dispositi . in quibus
 e myrto / buxo / citrio / rore marino topiarium
 opus potissimū commendatur : neq; enim quæ
 parco ac lucroso patri familiæ / eadem splendido
 homini hortorum ratio esse debet . Conferunt
 etiam mirum in modum ad splendorem ipsum
 uillæ / non illæ quidem rusticano ex opere / sed
 urbano & magnifico : oportet enim nō in urbe
 solum / uerum etiam rure splendescere nitidi ho-
 minis supelectilē ne si quando secedendū fuerit
 ab urbanis negociis tanq̄ e luce in tenebras mi-
 grassse uideatur . Quoniam autem etiam in seces-
 su oblectamenta quæruntur animiq; relaxatio-
 nes tum sibi / tum comitibus / & iis qui uisendi
 gratia / aut alia de causa ad eum diuerterint / ne
 offendatur uir splendidus imparatus : uiuaria si-
 bi ante comparabit / & item cohortes pauonum
 fasianorum perdicum / auiumq; aliarū / quin etiā
 retia & canes ad uenandum / & siqua sunt alia

Topiarum

uiuaria

quæ honesta uoluptate afficere animum & recreare languentem possint. Idem familiam suam non solum bene & laute pascet / sed multos ut dici solet ciues peregrinosq; participes quadre suæ habebit / atq; ut argenteas lances ius hester num dedecet / sic quotidianam brasicam principis uiri olla recusat. Itaq; ut mensa eius argento & auro / sic spendescere epulis debet. Quasquidem conuiuus / & iis qui ad cenam adhibiti fuerint potius q̄ sibi parasse appareat : in quibus tamen ut coeteris in rebus tenendus modus est : ne uideamur ad uoluptatem corporis referre omnia : aliud est enim splendidum esse / aliud comedonem / cum nonnunq̄ spendidi officium sit. inter lectissimas dapes / holuscule & pisciculis contentum esse : quod ut probandum est dum non fiat ob auaritiam / sic aliquando comiter / quin etiam aliquando lautius secum egisse / dandum est splendore : quod Lucius Lucullus docuit : nā cū dixisset ei dispensator : quid sūptuoso tibi opus conuiuio / cum solus sis coenaturus : quid inquit Lucullus ex te audio : an ignoras apud Lucillum hodie / coenaturum esse Lucillum : neque enim dedecet qui aliis frequentissi

nd splendidus
nd comedo

Lucullus

me splendet / splendere aliquando & sibi:
 cum uideamus etiam in optime constitutis urbi
 bus / certis diebus permillum esse: domi quenq;
 suæ lautius ac diffuentius coenare: ac largio
 ribus epulis familiam pascere. quia uero in eam
 partem quæ ad conuiuia pertinet / non temere
 incidimus / de hac ipsa re postq̄ ea que de splen
 dore necessaria uisa sunt diximus deinceps disse
 remus.

FINIT

DE.SPLENDO

RE.

IOANNIS. IOVIA

NI. PONTANI.

AD. IOANNE

M. PARDVM

DE. COVIVENT

IA.

PROLOGVS.

TAmetsi Ioannes Parde hominē homi
ni natura cōciliat / ad hanc tamē naturę
cōciliationē / duæ cū primis res mihi ui
dēt plurimū cōferre / eorū dē scilicet stu
diorū societas / cōsuetudoq; cōuiuendi . Inter ip
sa uero artiū atq; ingeniorū studiā quæ diuersi
admodū sunt generis cū eadē natura sciendi atq;
itelligēdi cupiditatē in hominū animis uel maxi
mā i generauerit / nō temere fortasse dixerim / bo
narū artiū studiū / rerūq; naturæ cognitionis / pri

mas merito partes tenere: quippe quæ ad animū
 maxime spectent / cuius in hominū actionibus
 late imperium ad maxima quæq; partineat. Cō
 uiuendi autem consuetudinem & eam quæ fami
 liaritas dicitur. Iure quidem secundas ferre nō
 est cur addubitem. Cū uita ipsa usq; uiuendi
 qui tā opere cōmunis est / uel ad paucissimos in
 tanta multitudine tā arcte etiā restringat̄. unde
 apud Scythas potissimū cōiūctus ipse religiosis
 simus habet̄ / ac p cōiūctū iurare sacrū & sanctū
 est. Quamobrem cū utroq; hoc cōciliationis ge
 nere mecū ipse coniuūctus sis admodum / merito
 quidem de cōuiuendi ratione differens disertio
 nem eam tibi inscripsi Parde iucūdisime. Qua
 in re & studiorum eorundem societati / & uiuen
 di consuetudini fatis mihi fecisse non iniuria ui
 deor / dum ad familiarē de familiaritate conuiuē
 di / ad bonarum uero artium studiosum de ipsis
 sciendi atq; intelligendi studiis scribo. Nam &
 de conuiuendo ratio quæritur / quando uehe
 menter quoq; peccari in hoc nec una potest uia.
 Quocirca disertionem hanc ita leges / ut & com
 munia in ea recognoscas studia / nec a coniuic
 tus nostri consuetudine recedas. Quin potius

ad ipsam magis ac magis retinendam legendo
excitere. Cum ea maximam iucundissimamq;
cum philosophia coniunctionem habeat | utq;
utraq; hac philosophandi ratione coniunctissi
me inter nos uiuamus / & una uixisse / ac philoso
phatos simul nos esse testatū posteris relinq̄mus
si qui fortasse nostra hæc legere nō recusabūt.

CUm igitur alii quidem genus hoc cō
uictus omnino fugiant / qualem fuis
se Atheniēsem Periclem legitmus / quē
a coenarum ac conuiuiorum appari
bus consuetudineq; sic abhorruisse traditum est
ut ne apud amicum unq̄ coenauerit / proeterq̄ a
pud Eurytolemū nuptiarum die / licet ipse admo
dum liberalis esset | ac suis opibus plurimos su
stentaret : alii uero contra nimii in hoc inueni
antur / ut nati ad ingluuiem tantum uideri pos
sint. Est etiā in hoc genere mediocritatē inuenire
nāq; ut fugere cōuictū uitiosū est / cū nō solū na
tura / uerū etiam amicitia / hāc uitæ coenarūq; con
suetudinē postulet : quem maiores nostri conui
ctum a conuiuendo deduxere / sic omnem uitā

*uult nūq;
ann. ap. amon*

uictus a conuiuendo

in epularū apparatibus exercere / in iisq; rem fa-
 miliarem profundere summopere reprehenden-
 dum est. Quid enim aliud bestiarum similes tā
 copere nos efficit / q̄ palatus & gula / popinq; ip-
 sius studiū / quia uero tum uicia hæc / tū ipsa me-
 diocritas apud nostros hodie nominibus carēt
 tentabimus proprie q̄ fieri poterit / nouis ea no-
 minibus appellare / ne in nominata relinquamus
 Defectū igitur ipsum nunq̄ conuiuendi appella-
 bimus inconuiuientiam / ut inconstantiam / incō-
 tinentiamq; q̄ a conuictu ipso prorsus abhorre-
 at. Quod uiciū plerunq; ab auaritia ortum ducit
 quæ ubiq; sordida est: quanq̄ & auari quandoq;
 splendidiores uideri uolunt in conuiuuis / ut au-
 ritiam dissimulent: nonunq̄ etiam a quadam a-
 nimi tristitia & studio solitudinis uicium ipsū
 gignitur. Ipsius autē exuperantiæ atq; excessus
 nomen erit comessabilitas. Nam uoracitas & in-
 gluuies ad corpus magis referuntur / suntq; ho-
 mini cum beluis communes . ipsa uero comessa-
 bilitas q̄ animum labe sua inficiat ac perdat / soli
 us est hominis / hoc enī uicio ac labe infecti qui
 sunt / curare id solum uidentur / ut comedant
 neq; conuiuia exercent conuiuendi gratia / sed
 comessandi / dumq;

*Palatus & gula
 & studiū*

pro non om

comessabilis

affidue ac liberaliter potent / dū uentrem impleāt
dum palato indulgeant / cœterorū obliuiscunt
omnium. Varius Heliogabalus de quo etiam
supra dixi: familiari cuidam suo / uti temperaret
consulenti / uideretq; ne aliquando res familiaris
defutura esset. Quid inquit dii boni melius q̄
ut ipse mihi atq; uxori hæres sim meæ. Sed ani
maduertite quæso hominis ingluuiē / ac palatū
non modo intemperatissimū: sed luxum etiam
perditissimum / nunq̄ minus centum sestertiis
cœnauit / hoc est triginta argenti libris / nonnūq̄
tribus millibus cœnatus est: sexcentorum stru
thionum capita multis in cœnis exhibuit / ut
conuiuæ cerebellis illorum uescerentur. Ad ma
re cum diuersaretur piscem nunq̄ edit: cum a ma
ri longius / omnia e mari. Quin etiam non con
uiuas modo / uerum rusticos in cœnaculum in
tromissos luporum ac murenarum lactibus pa
uit. Tenuit & hunc morem / ut quibusdam in
cænis / solis fasianis uesceretur: ex eaq; aui sola
dapes omnes concinnari / ac missus uniuersos e
fasianis esse uellet / alibi omnia ex eadem una pe
cude: nonnūq; e solis pomis / aut lacte: aliquan
do ex mellitis omnia / adeo totū se in hanc unā

uarius heliogaba

fasianis

sola pondo
solus pomis

rem cōuerterat. nō longe dissimilis Varii huius
 fuit Galienus Augustus cuius unū hoc dictū de
 clarare potest fuisse illū in hoc uicio pditissimū /
 nam cū relatū ei esset populū Romanū indigne
 ferī q̄ Valerianus pater eius apud Parthos serui
 ret / conuersus ad astantes . Ecquid nam habe
 mus inquit quod prādeamus o / uocē maxime
 abominādā . Idem cū se uoluptatibus immeris
 set q̄rētibus nōnullis q̄ Egyptus rebellasset. An
 inquit sine lino Egyptio esse nō possumus ? Ip
 sa autē exuperantia nō una tantū ratione potest
 in cōuiuīs cōtingere / in quibus tamen exigū
 fercula / uaria / multa / opipera lauta / tamē quis An
 tonii & Cleopatraz perditissimos sumptus non
 accuset ? Quis immanissimā Caii gulam ferat
 quē Tranquillus affirmat nepotinis sumptibus
 omniū prodigorū ingenia superasse / commen
 tū etiam nouū balnearū usū / ac portentosissima
 ciborū ac coenarū genera ut qui calidis frigidisq̄
 unguentis lauaret / preciosissimas etiā margari
 tas aceto liquefactas sorbillaret / conuiuīs etiam
 ex auro panes atq̄ opsonia apponeret . Sylla
 superfluens adeo in apparandis cenis fuit / ut ui
 num etiam quadragenariū populo exhibuerit:

Galienus A

Linum Egypti

*Sumptus perditissimi
Antonij & Cleopatrae*

*Sylla
vini quadragenarium*

quin etiam in condimentis omnis generis ac da
pibus ministrandis; ita redundauerit ut post ex
aturatū populū magnā reliquiarū uim deiici in
flumen iusserit. hoc quidem perdere est; potiusq̄
abundanter accipere. Aulus Vitellius epulas tri
fariā semper; interdū & quadrifariā partitus est.
in ientacula: prandia / coenas & comessationes :
quibus omnibus ut satis esse posset; sæpius euo
mebat. Eodem quoq; die aliud alii indicebat: ita
ut singuli apparatus minus quadringenis milli
bus numū staret nemini. In cena illa famosissi
ma quam frater ei dedit; apposita dicuntur duo
millia lectissimorū pisciū; septem auium. Allata
etiā patina immense magnitudinis; eaq; referta
scaurorū iecinoribus fasianorū ac pauonū cere
bellis; linguis phoenicopterū / murenarū etiam
lactibus quas illinc a Carpathio mari; hinc a fre
to Gaditano triremibus aduehēdas curauerat.
Ad hanc gulæ profunditatē accedebat etiam in
gluuiēs atq; intempestiuitas cū persæpe inter sa
crificandum e foco pene rapta manderet; & iter
faciens e popinis; fumātia obsonia nonnūq̄ etiā
pridiana atq; semesa auidissime uoraret. Nero
a medio die ad mediā noctē protrahebat epulas;

vitellius

omnibus: pra
a. Com. & co
m. itationis

cum interim calidis piscinis sæpius etiã niuatis
 æstate foueret. Interdũ præclusa naumachia / nõ
 nõq̃ Martio in campo aut circo maximo coeni
 tabat interscortorũ ambubaiarũq̃ ministeria.
 Itaq̃ non uno modo in hoc exuperantie genere
 peccat: cuius moderatrix erit cõuiualitas illa qui
 dẽ ut sordis inimica / sic nequaq̃ profusa & p̃dita
 quã etiã cõuiuentiã nõ inhoneste quis uocauerit
 deq̃ ea sic quidẽ nobis p̃cipiendũ uidetur.

De Coniuiis

Coniuium

**DIVERSA. ESSE. CONVIVIO
 RVM. GENERA.**

Coniuiia igitur in q̃bus conuiualitas uersat̃ / alia
 cõuiuedi grã / atq̃ inter paucos cũ quadã familia
 ritate ac uictus suauitate fiũt: alia tũ ut multoꝝ
 simul gratia cõparetur / ut cum populo epulũ pa
 ratur / tũ ut ciuili cõsuetudini satis fiat: ut cum i
 nuptiis cognati familiaresq̃ ac noti adhibentur
 ad cænã. Nõnunq̃ etiã instituunt̃ conuiuia / ut
 splendori tantũ ipsi fiat satis / qualia sunt Regũ
 ac principũ conuiuia in hortis ac locis amœnio
 ribus. Aliquãdo ut hoc honoris atq̃ hospitalita
 tis genere tũ alios tũ peregre aduenientes prose
 oi

quamur / quod etiam apud Virgiliū Eolus innu-
it cum ait. Tu das epulis accumbere diuū. quo-
rum quidem generū uir splendidus ac conuiua-
lis nullum repudiabit: nametsi splendor ipse &
hæc de qua differimus conuiualitas per se hone-
sta & laudabilis est ac gratuita esse debet / tamen
ex hac etiam laude comparare sibi beniuolentiā
plurimorū tum ciuiū tum externorū / est nō solū
comitatis uerum etiā prudentie. Cum autē splē-
didi uiri mensa / non debeat esse sola / neq; enim
maiores nostri triclinia temere statuere / uidetur
ab eo maxime primum genus conuictus exercē-
dum : itaq; notos / familiares & in quibus inest
aliqua ingenii uis / ac uirtutis opinio / ad mensā
illam ordinariā / quæ nunq̄ est sordida singulis
fere diebus nunc hos nunc illos adhibebit: ipsa
uero mensa talis semper erit / ut etiam repēte ob-
latos / plures eodem tempore possit honeste acci-
pere. Crassus ille diues quāuis ad modum frugi
esset in uictu. Consueuit tamen plures in cena se-
cum habere / & eos quidem e media plebe : malu-
issem etiam e nobilitate / tamen quis nō illū me-
rito plurimū laudet Iacobus Caldora singulis
fere diebus dū in castris ageret fortissimū quēq;

crassus diuit

robis (aldora

nunc hunc nunc illū uocabat ad mensam: res sane Imperatore digna. In hoc genere cōuictus tā et si splendescere semper debet couiualis uiri mensa, tamen si quaedam fuerint populariora, & minus ut ita dixerim apparatus rephendendū nō est dūtāmē quandā prefeferāt familiarē negligentia tamen si negligentia illa qdē nō est, sed remissior quaedā cura: ex familiaritate & assuetudine cōiuedi pfecta. Ornabit autē & ut ita dixerim hilarabit coenam uultus placidus & sermones admodum familiares ac iucundi: quales eiusmodi mensa uidetur exigere: quod Titus Vespasiani filius secutus est: cuius conuiuia non profusa sed iucunditatis plena fuisse referuntur Augustus quoq; maiore comitate q̄ sumptu conuiuia exercuit / nam & tacentes prouocabat / & triuiales ludos interponebat e circo: frequentissime etiam aretalogos. Quocirca non pauci in hoc peccant / qui tristitiam ac supercilium ferunt ad pocula. Vnde recte sane Virgilius Bacchum in conuiujs adesse uoluit / lecitiae datorem. Quin etiam priscorū mos fuit audire ad mensam laudes magnorum uirorum. Rex Alfonso statim post prandium / uel Antonium Panhormitam

*Titus Vespasiani
filius.*

Aretalogi

Alfonso

uel e doctis aliquē audiebat / ut qui dignū iudica
ret / animū quoq; cibo suo / post pastum corporis
reficiēdū esse. Quā autē hac i pre diligētiores esse
nolum⁹ / cuiusmodi cōuictus nobis placeāt qua
les etiam esse debeant / satis dictum sit. Nā qui
bus e cōuiuīs gratia multoꝝ ac ciuium beniuo
lencia quæritur in iis epularū copia maior exigi
tur / & splendor ipse ad abundantia maxime re
ferendus est: quin etiā si aliquid de lautela remis
sum fuerit / neq; enī facile in tanta copia retineri
ea omnino potest / concedendū uiderē dū ut Is
pani dicunt mensa ipsa facta sit: cū populi saturi
tas iis cōuiuīs proposita sit: eaq; sola tantis sūp
tibus q̄ratur: qui uero utrunq; seruauerit / ut lau
te ut opulenter populū accipiat / munus p̄fecto
suū omni e parte impleſse uideri poterit: quod
quidē p̄stitit Petrus Geuara Comes Arianēsis /
cū uxoris nuptias Ariani celebrasset / dies enim
octo nō populares modo suos / sed finitimos q
ad nuptias uocati uenerant / ita accepit / ut nihil
uifum fuerit in eo genere opulentiꝝ / fuitq; opu
lentiæ admista lautities. Et quia p̄cipes quoq;
multi conuenerāt / certatū est etiā / ut neq; ciborū
conquisitio & cōcinnatio / neq; apparatus domesti

mul Geuara

eus uinceret a copia. Itaq; fuere omnia admodū
 condita / lauta / opipera / conquisita . Illud rarum
 quod sine strepitu & turbis: quod uideri etiam
 mirū potuit in tanto hominū cōuentu & uarie
 tate. Institutū etiā fuit Regū Neapolitanorū an
 nis singulis / statis quibusdā diebus parare no
 bilitati epulū: ad ædem Mariæ Coronatæ adhi
 bitis etiā præstātissimis matronis. qđ ab Alfon
 so sūmo cū splēdore seruatū meminimus : mirū
 qđ hæcres nobiliū animos cōciliaret : quin etiā
 populariū : cū ex eius cōiuii apparatu reliquiis
 qđ liberalissime distributis Vrbs ipsa saturaret.
 Que quidem consuetudo perinde ut alia quæ
 dam digna exempla omnino est intermissa. His
 igit̃ in cōiuiis siue ut uerius dicā epulatiōibus
 qm̃ multitudo qđ potest uoluptate afficienda est /
 adhibēdi etiā sunt qui artes tractent ludicras. ut
 pote cōdimētū quoddā epulatiōis: ueter enī ple
 nus ut dici solet tū uidere / tū audire aliquid cu
 pit. Quod oblectet & sensus animūq; deliniat.

Epulū nobilitatis a regibus

NON ESSE. REPVGNANDVM
 CONSVETVDINI. IN. CONV
 IUIIS.

Velle autē repugnare consuetudini / q̄ etiā a præstā
tibus uiris teneatur / nō solū est turpe / uerū etiā
hac in parte summæ auaritiæ dari potest Quo
circa & cōsuetudini satisfaciendū est in conuiujs
exhibēdis / & is splēdor retinēdus / ut aut superio
res alijs simus / aut saltē pares. Q̄ denī multi &
fere oēs faciunt / annitendū est ut p̄ facultatibus
dignitateq; cū laude & decore fiat. Rare sunt in
unaquaq; fere domo nuptiæ. Quo igit̄ rariore
eo in ijs splēdidiore esse debemus. Ac tametsi
inter cognatos ac familiares res agit̄ / licet nup
tiæ ipse nōnunq̄ publice celebrent̄ ut Regum ac
Principū / tamen nec ipsa familiaritas detrahere
debet de splendore / nec in nostra aut liberorum
causa / cum sit dies ipse nuptiarum celeberrimus /
sordidi ac restricti esse debemus. Ad hęc exēplo
etiā nostro magis excitare alios ad honesta q̄ re
trahere cōsentaneū uider̄. Solent etiā nuptiales
epulæ quoniā ut dixi dies ille celeberrimus est /
parere in populo infamiā / & inter agnatos affi
nesq; contemptū atq; odiū / si quibus facultates
abunde sunt / cōtractiores in eis fuerint. Quocir
ca cū primis curandū est / ut opipare / large / laute /
splendideq; agant̄ atq; ministrent̄ omnia maxi

myrij

me tamen consulendum est copiae quoniam ea maxime ab avaritiae suspicionem liberat : in iis praesertim conuiuibus. At in conuictibus & familiarioribus coenis dum eleganciae lautelaeque / dum maius quoddam appareat comitatus studium si non omnia diffluenter aggerantur / frequentia tamen ipsa affert excusationem / ut dici recte possit. sat quidem large / si saepe & laute.

7

DE CONVIVIIS. SPLENDORIS. GRATIA. SVSCEPTIS.

At cum solius splendoris gratia conuiuia parantur / tunc non modo remittendum aut omittendum nihil est / uerum etiam habentiae ipsae liberius laxandae sunt: neque passibus ut dici solet plenioribus accedendum / sed currendum potius. Explicandus tunc est domesticus apparatus: honorandi auro atque argento Abaci & Plutei: coenationes exornandae / sternenda pauimenta & ita quidem omnia disponenda ut quod ait Horatius domus ipsa rideat: his accedat ministrorum egregius ac liberalis ornatus / quorum ea sit institutio ut res ad nutum geri uideantur quidem enim inconcinnius quam in conuiuibus obstreperenter administrari. De epulis autem

Abacis
Plutei
Horatius

uniuersoꝝq; apparatu/illud hac in parte præcipi a
nobis in uniuersū potest ut certare inuicem uide
ant̄ omnia/ut nec apparatus domesticus uincat
dapū abundantia/nec abundantia lautelam: aut
elegantiam: nec sat fuerit contentū esse patriis ac
uernaculis rebus/nisi peregre quoq; multa uide
ant̄ apportata: ut etiā rerū studiosa quædam ua
rietas cernat̄/& elaborata conquisitio atq; cura
nō tñ ut Vitelliana illa patina & Gaditana Car
pathiaq; piscatio laudanda unq̄ sit. Missus ipsi
requirūt tū multi | tū rerū uariarū. Varietas enī
multū adiungit lautele: paritq; magnā inter coe
nādū gratiā: neq; absq; missuū multitudie abū
dātia/ & splēdor facile cernit̄. Vbiq; tamē suus
modus retinēdus est: neq; enī affectatio præser
tim ubi nimia fuerit/ulla in re probāda est/ quā
quis laudet in cōuiuuis/si ne in deorū quidē cul
tu/a bonis ac probatis uiris admittitur? Quid
enī superstitione damnatius? Recte etiā ac splē
dide institutū uidetur: ut procedētibus ferculis
tubæ tibiæq; prægrediantur | quæ cōuiuas astā
tesq; oblectent cantibus & signum dent in ce
dentium ferculorum/ ut uoluptati etiam ipsi or
do uideatur adiunctus: qui si defuerit intertur

bari atq; confundi necesse est omnia. Ordini quoq; illud accedet / ut astantium ac ministrorū ea disciplina sit / quæ conuiuiorum est propria : absint non modo dicta / uerum etiam gestus qui tristitiam aut turbationem afferre habeant aliquam . Qua e remihi uidetur introductum / ut his in conuiujs adhiberentur musici qui nō solum oblectarent cantu / uerū ut dum astantes ad se audiendos trahunt / silentiū parerent / atq; e silentio tranquillitatem . Quorum omniū regulatioq; in dispensatoris atq; aulæ magistri prudentia curaq; potissimū reposita esse uidetur.

Musici i conuiujs,

DE SECVNDA . MENSA .

Secunda mensa magnum affert conuiujs splendorē / cui mihi uidetur magnopere intēdendum nanq; ut optimo cuiq; poetæ ultimus actus magnæ est curæ / sic ab iis qui conuiuia parant secūda mēsa diligenter uidenda est . Ex inuento Sycaro / quod ad uarios conuersū est usus / magna cōuiujs ac cænis / accessio facta est / eaq; elegans ac magnifica . multa enī inde nō ad gustum solū conficiuntur / uerū ad oculorum ac spectantium

Sycaron

uoluptatē : ut ea q̄ conferunt̄ in comessatiūculis
q̄s hodie collatiōes uocāt quibus q̄ magnificen
tiæ locus in iis sit p̄cipēs ipsos studere magno
pere uideo : eiusq̄ rei initiū coepit ab Alfonso /
cuius in hac ut in coeteris splendoris p̄tibus ma
gnū studiū fuisse cognouimus. Ioānes V r̄sinus
Abbas Farfaren̄sis / profectū Romā ad Sixtum
Pōtificē Ferdinandū Regē / atq̄ inde ad se in A
grū Tiburtinū diuertentē / ita accepit / ut ex om̄i
parte iudicari potuerit / & splēdidorū lautissimus
& lautorū splendissimus : singulis in domibus
eis qui Regē comitati sunt apparatus sumptuo
sissimi elegantissimiq̄ instructi sunt. In quadri
uiis & publicis quibusdā oppidi locis mensē po
sitæ epularū ois generis. Quin etiā horreū qua
si quoddā statutū fuit / e quo oīa omnibus tum
cocta tum cruda large p̄berent̄. Vt autē de men
sa regia / deq̄ ferculis ac missibus taceam / unum
mihi memoratu dignum uidetur / q̄ ante ædes
in propatulo tanq̄ tropheum quoddā uenatori
um positum fuit / in quo affixe pende bāt capre
damæ / cerui / apri / lepores / cuniculi / quorum ea
quidem copia fuit ut ipse hernicorum siluæ tot
ferarum uix altrices fuisse uiderentur / quas tamē

nu ab alfonso

rophem

in h r m r o z

ille ppaucis diebus aut uenatu cōparauerat / aut
 seruatas in sæptis ad hos usus aluerat : quē mo
 rem seruari a splendidissimis quibusq; & hic ipse
 ætate nostra / & sua Lucullus docuit. Certabat
 cum hoc uenatio apparatu / pauonum / perdicū
 atq; altilium copia / auiumq; lectissimarū / ut id
 conuiuū iure illustre dici possit. Vt autem Sylla
 næ illæ in fluuium deiectiones lautissimorum
 ciborum / uehementissime uident̃ improbandæ
 sic illud exigendum est ut post coenam multa su
 persint / ac nō modo postq̃ cenatum est reliquæ
 ipsæ / sed ex ipsa mensa atq; e culina epulæ inta
 ctæ ad amicos mittāt : quæq; etiā a ministris dis
 pensent̃ inter eos qui spectatum uenerint . Cœ
 nas illas Neronianas & uoluptarias qbus scorta
 adhibent̃ / laudēt Epicurei / & intēperātes . Accu
 buit Augustus sub Apollinis imagie secretā ad
 mensā . Accubere simul dii numero duodecim
 ciuitate etiā laborāte ob annone difficultatem .
 Quocirca maledictis ita discerptus ē a populo
 Romano / ut Apollo tortor palam inclamaret̃ :
 eūq; cum diis frumentum omne comedisse di
 ctarent . Quin etiam notissimis uersibus pro
 sciissus est . Cum primum istorum conduxit

Lucullus

Apollo tortor

mensa choragū sexq; deos uidit Mallia | Sexq;
deas. Impia dum phœbi Cæsar mendacia ludit
Dū noua diuorum cœnat adulteria | Omnia se
a terris tunc numina declinarunt. Fugit & aura
tos Iupiter ipse thronos. Quocirca splendoris
atq; cōiualitatis studium / recedere ab honesto
nōn debet. Quo deserto laudari nihil recte po
test in aliqua hominū uitæ parte.

DE CONVIVIIS. HONORIS. GRATIA. SVSCEPTIS.

Quæ autem cœnæ honoris gratia parantur / quales
esse deceat / docuit nuper Ferdinandi filius Alfō
sus in eo conuiuio quod Caroli Burgundiorū
Ducis oratoribus exhibuit / in quo nihil non
modo defuisse / sed ne desiderari quidē potuisse
ab iis qui affuere iudicatū est. post plurimos re
rū uariarū missus / tantūq; apparatus / post suauissi
mos cātus / post secūdā mensā lōge splendissimā
itroducti mimi / editūq; ad Lychinos spectaculū
tandē magnificētissima illa comessatiūcula quā
collationem hodie uocari dixi plurimis fercu
lis allata est / ac deinde inter astantes diffusa &

passim etiā iactata / ut oibus ex ea esse lice ret. VI
timo donati oratores splēdidissimis munerib⁹.

QVI. ET. QVALES. ADHIBEN
DI. SINT. CONVIVE.

Fuisse in toto hoc genere diffusissimū (neq; enī di
cā splendidissimū) Marcū Antoniū / longe etiā
luxu diffluentiorē Cleopatrá / memorie traditū
est / Quoꝝ coenas cuiuis in promptu est legere.
Imprimis autē uidendū est q; adhibeant & quot
De numero apud Priscos quesitū est / cū nec pau
ciores tribus / nec plures nouē adhiberi placeret.
Attulit aliqñ magnā laudē Alfonso huic / q; litte
ratos quicunq; Neapoli p id tēpus essent / in hor
tos ad coenā uocauerit / lautissimeq; acceperit Sa
ne in hoc genere laudis etiā delectus . suus habē
dus est / nāq; ubi ad conuictū / p̄sertim frequētius
uocati fuerint indigni hoīes / absq; infamiæ no
ta fieri uix potest. Arguit enī morū similitudo
& eorundē uiciorū studium. Erate nostra Galli
dicunt cōuualitati admodū dare operā. Quos
quis nō laudet / dū id faciāt cum delectu : tamen
nescio quomodo Galli habiti sunt hac in parte

M. Antonius

Cleopatra

Di. mō. lō.

minay

Galli

aliquāto intēperantiores / q̄ nō tā splēdori serui
ant q̄ gula cōuictus / tamen ipse q̄ sic laudandus
Scythæ docent / ut dixi / quibus p̄ cōuictū iurare
mos est. Quibus igit̄ facultates suppeditantur /
frequēs hæc & pene quotidiana cōuiuendi ratio
si delectus adiungat̄ magnā & laudē & beniuo
lentiā cōciliare inter ciues solet / quæ si in iis qui
priuatā & ciuilē agunt uitam tā est laudabilis q̄
certe: quāto est laudabilior est in p̄cipib⁹ & dy
nastis. Quo in genere Lucius Lucullus primas
partes tulisse uideri iure potest / qui domū suā ita
instituerit / ut cum uideret p̄pter cōuiuārū diuer
sitatē / nō unā conuiuiorū rationē sequendā esse
diuersa cœnacula statuerit / definito singulis pre
cio & apparatu / siquidē in Apolline / quod cena
culi nomen erat / quinquaginta millibus cœnari
cōsueuit. Habebat etiā cuncta adeo appadata ut
satis esset admonere dispensatorē de cœnaculo
ubi esset cōuiuendū / ac de conuiuialitate quidem
dictum sit hætenus.

Absoluta est ut arbitror ea pars morū : quæ pecu
niā tāq̄ materiā sibi subiectā hēt. Diximus enim
de liberalitate / & ei auersantib⁹ uiciis : cui accessit

nu. p. r. Com.
tum

nasta
lucullus

u. r. l. a. Conamla

411
etiam de beneficentia disputatio post de magni
ficentia / & qui & quales essent tum modici tum
uentosi disseruimus. Deinceps de splendore /
de sorde / de luxu / postremo de mediocritate que
in cōuiuuiis uersaret. Reliquū est ut cum ante de
obedientia libris quinque explicauerimus / de for
titudine duobus / ad alias morū partes explicā
das studium nostrum conuertat ne quātū in no
bis ipsis fuerit atque occupatiōes ipse nostræ tute
rint / alicui defuisse philosophiæ parti uideamur.

IOANNIS. IOVIANI. PONTA
NI. DE. LIBERALITATE. DE. BE
NEFICIENTIA. DE. MAGNIFICE
NTIA. DE. SPLENDORE. DE. CO
NVIVENTIA. LIBRI. FINIUNT.

Impressū opus Neapoli per Ioannē Tresser de
Hoestet & Martinū de Amsterdā Almanos Die
XVII. Mensis Iulii. MCCCCLXXXVIII

Huius libri mendæ hæ sunt
iexistimer. pro existimer. cōmodationē. pro cō
mēdationē. in charta. i. patcendi. p. parcēdi. viii.
offeret. pro offerret. viiii. antea. p. antea. x. su
pffuentes. pro superflūetes. cōffato. pro cōflato
xv. sicūli. pro siculi. xx. sepisū. pro seipsū. xxii.
chlamiden. p. chlamidem. xxv. liberalitis. p. libe
ralitatis. eiam. pro etiā. ergo. p. erga. xxvii. do
lescentiū. pro adolescentiū. xxviii. abiiciēdā. p.
obiiciendā. xxxvi. quid. p. quod. xxxviii. liud
p. aliud. xxxxyi. auctem. pro autē. lxviii. suscep
ta sint. pro sunt. lxx. marmoreo licinius. pro li
cinus. lxxii. q̄ p. q̄. lxxiii. prepositis. p. propo
sitis. lxxx. ducete. p. ducente. in eo. pro in eos.
lxxxvi. certe quanto est. pro certe est. quanto. in
penultima.
Cetera accuratissime impressa leges.



Inca
322